TRACTATUS IN MATERIA EQUORUM. MAG. & EXCELLENTISS. D. HIPPOLYTI...

Ippolito Bonacossa, Valenti Gonzaga

ILLUSTRISSIMO AC EX-
CELLENTISSIMO PRINCIPI
DOMINO,

D. FRANCISCO ESTENSI,
Marchioni MASSAE. &c.

HIPPOLYTUS BONACOSSA,
Jurisconsultus Ferrariensis fœlicitatem.

E*A illustris est Tui nominis toto terrarum orbe sanè non ficta fama, Princeps optime, isque de Te ubique gentium circumfertur rumor, ut præstantia morum, humanitate singulari, integritateque exi-mia præcellere Te uno ore fatentur omnes, ac prædicent. Rarissi-mum quidem tempestatis nostræ exemplum esse, quòd divina quadam pro-videntia ortum hisce calamitosis temporibus videri possit. Quibus animi Tui, cæterisque dotibus & ipse allectus. Cum his meis salutem tibi dicere de-crevissem, non censui id absque munusculo aliquo faciendum. Brevem igi-tur in materia equorum tractatum hunc, ex legali disciplina depromtum scriptitavi, quem dicare tibi, & sub Tuo nomine, si quam forsan eam in rem studiosis utilitatem afferre possem sinerem in vulgum prodire, quem si tuo calculis comprobaveris, spes est, alios quoque in studiosorum gratiam Tracta-tus emissuri sumus, accipe igitur nunc hos nostros labores Clementiss. Prin-ceps, qualescunque existant, animi grati erga liberalitatem Tuam specimen, maximam me debere, & splendorem tuum decere, certè scio. Verum Te qui-dem nunc veterum geres exemplo, qui non minus regium esse parva interim à [illegible] tenuioribus exporrecta hilari fronte cum offeruntur accipere, existi-ma[illegible], quam vel maxima dare. Inquit Naso.*

Velle parum incipias, ut re potiaris oportet.

Sic & laudari consuevit magnus ille Persarum Rex Artaxerxes cogno-mento Memor, qui cum rusticus, nescio quis, ei aquam utraque manu è pro-ximo haustam flumine obtulisset, benigno illam jucundo que vultu accepit, [illegible], quæ donabatur utilitate, sed prompta ejus, qui largiebatur, volun-tate

tate gratiam meritus (ut inquit Plutarc.) Memorque illius eris, de quo juris Pont. gl. vers. gratiosè. in clem. 1. de censi. memoratur, videlicet.

Quadrupedis dentes donati cernere noli.

Adagium utique Italicum. Non respiciendum, scilicet, dentem Equi donati.

Cæterum illud quoque reverenter polliceor, omnem meam operam, inviolabilemque fidem pro dignitate tua nil unquam recusaturum. Deus autem optimus maximusque in adversis præstet fortitudinem, Illustriss. D. Tuæ perpetuus, si quid est.

COM-

COMPENDIOSUS
IN MATERIA EQUORUM TRACTATUS IV. VT. D.

Domini Hippolyti Bonacoſſæ Nobilis Ferrarienſis.

De Equo ipſo ſive Caballo.

FEROCISSIMUM & inquietiſſimum animal in ſomnique & inexpleta voragine eſt Equus, nil domino inſolentius, Animal in quam & ocij impatiens, & laboris tumidum, dejectum, impetuoſum, ignavum, audax, intrepidum, volatile, caducum, umbroſum, dominum ſpernens, diverſiſque illum viis in diſcrimen trahens. Quis enim contumaciam, quis morſus, aut calces explicet? quis hinnitus, & aſcenſoris impatientiam? Quot enim equorum mores, totidem conſtat eſſe pericula, ob id Equus fallax dictus eſt, ait Lucas de penna, *in l. probatorius col. fi. C. de diverſis officiis, lib. xii.* et eoque adagium ortum, Equorum domitoribus Bis equum malefacere. Animal etiam, quòd ſi conferantur cum obſequiis tædia, nemo ſapiens emet, nemo diligens paſcet. Eundum igitur pedeſter, & ibi pro libito, nemo te tranſvehit, nemo morabitur, nemo concutiet, nemo dejicit, neemo aget in præceps, unus tibi labor in via, unum opus ire, nihil tibi tuo cum rectori negocij. Non cogeris Equũ frenare, non pungere, non adaquare, non ſubſternere, non circunducere, non fricare, non paſcere, non aut tergum ungere, aut arentem pedis ungulam, & tractare digitis ancipites clavos, aut nocturnos ludibus arcere concurſus, & ſomno exciri trepidus ſemperque ſollicitus, quid belua pervigil cum vicinis agat, ſaltem noctibus quieſces.

Nam qui equitant noctu etiam laborant, & alia patiuntur, de quibu Etruscus Poeta, de remediis utriusque fortunæ, lib. ij. Dialogo lvi & xxxj. ubi de Equo meminit. multa (licet) de Equo sint utrinqu contraria, obsequiosum tamen illud fidumque Animal quis negabit? de quo tam multæ jactantur fabulæ, scribuntur historiæ. Animal profectò nobile, regium, optabile, colendumque; dignum, quod de enormi precio comparetur, anxia nutriatur cura. Est id quidem utile, interdum & celeritati adminiculũ, & fatigationi remedium, & nobilitatis insigne, gloriosum quippe vulgo censeri insigni Equo vehi, & cunctos excellere, nec vertice solo, sed humeris & penè toto corpore supra esse. Equos prima Thessalia reperit domuitq;. Tametsi Cœlius Rhodiginus, lec. anti. lib. xi. c. lvij. ex urina Neptuni ortum referat, qui olim super saxo consopitus profuderit. Lactantius verò grammaticus in Thessalia terram tridente percussam à Neptuno potius existimet. Ingentes sanè viros usque ad Ludibrium Equorum studio captos legimus, & nobilis Equi spiritũ moresque descriptos quandoque pro suggestu vidimus. Scriptum extat Alexandrum Macedonẽ amato Equo tumulum erexisse, urbemque de Equi nomine appellatam. Augustum præterea Equo sepulchrum instituisse constat. Divum item Julium ante Aedem Veneris marmoream Equi effigiem consecrasse. Antonium quoque verum viventi Equo, quem immodicè amabat, simulachrum aureum, & ipso mortuo sepulturam in vaticano extrui fecisse narrant historici. Nec defuere adhuc, qui eorum Equos, ut filios luxerunt, ægrotosq; ter quotidie, licet podagræ morbo laborarent, una cum medicis visitarunt. De Equis undique scribunt Historici fusius, nempe Plinius lib. viij. cap. lij. Textor. in officina, in j. parte, Gellius de Bucephalo, Alexandri Equo, & alij, quos sciens reticeo, ne verbosus fiam. Scitissimus noster jurisperitus Tiraquellus, in suo, de legibus connubialibus, in vij. l. ex Plinio recenset. Equum petiisse prærupta, & exanimatum esse, cum detracto operimento oculorum, se cum matre coiisse videret. Idem recenset Archiepiscopus Flo. in ejus summa parte, 2. tit. v. c. v. § ij. de incestu. in fi. § Idem dicit sum. Angelica in v. impedimento matrimonii fol. 207.

207.num. 1. Idem recitat & Q. Curtius, lib. v. Ex quo ſatis apparet naturam tacito quodam ſenſu promiſcuam deteſtari libidinem. Licet aliter cenſeat Naſo, ut videtur Metamorph. x. his carminibus.

Coeunt animalia nullo
Cætera delicto, nec habent turpe juvencæ.
Ferre patrem tergo, fit Equo ſua filia conjunx.

Et vide Neviza. in Sylva. lib. xi. ſub nume. 117. in princ. Equus itaque, cum vict. ſit, exultat, vict. autẽ dolet. Lactant. lib. iij. cap. viij. Item Equorum curſus hominum clamoribus incitatur. Lucas de penna in l. per hanc C. de Curſu publico, lib. xij. Et ſcribit autem Juriſconſultus noſter Petrus Jacobus in ejus judicaria Praxi, quod Rex Arragonum habuit ſemel Equum optimum & magni valoris, qui fuit factus quaſi furioſus, & interfecit multos ſcutiferos, & quod Rex ille fecit poni disferratum & ſine freno ad bellandum cum Leone, qui obtinebat, ſi fuiſſet ferratus expoſitus. Et refert Gloſſa juris civilis, in l. ſi ſervus. ff. de actio. empti. ver. cloacham, quod Cæſar tertio die ante mortem ſuam intravit podromum ſuum, ideſt Equorum ſtabulum, & invenit Aſturdonem vel Aſturconem, ut legit Budæus de Aſſe lib. 3. pag. 254. ſuum Equum flentem, quod fuit judicium mortis futuri domini.

Equus enim ab æqualitate dicitur, licet e brevietur, quia quando quadrigis jungebantur pares æquabantur, Inde diminutivum equuleus ideſt parvus Equus, vel genus tormentorum. Inde etiam equulus & equinus, equeſtris, equa, equula, eques equitis, equito equitas, equitor, equitatio ſecundum Papini. de quo ita Lucas de penna in l. iij. C. de ſpectaculis &c. lib. xi.

Vetuſtiſſimum Marin tradunt ſcriptores, qui primus Equum inſcendit & freno inhibuit, Auſonem indignè omnium. Si quidem principes Italiam inhabitaſſe feruntur, quorum unus iſte Marin, ut ex Cœlio Rhodigino, Lectio. anti. lib. v. cap. xl. videre fas eſt. Idem que Auctor lib. xi. cap. l. vij. ſcribit, Equitandi artem primum excogitaſſe Neptunum, qui ob id Hippius ſit appellatus, (ut Diodoro placuit) Primus autem, qui Equos junxit currui fuit Erichthonius de quo Virgilius, lib. 3. Georg.

Primus

Primus Erichthonius currus & quatuor ausus.
Iungere equos &c.

Rhodiginus met. *libr.vij. cap. xxvij.* ubi disertè & copiosè hæc habu quæ pro nunc congessisse volui.

QUÆSTIO I.

QUÆRITUR modò in jure nostro Cæsareo. An Equus ipse, fe tum, mansuetumve animal sit? Respon. mansuetum animal es se. Equus enim & Bos mansueta sunt animalia, quæ si ferociunt, i impetunt, est contra eorum naturam, & ita procedit titulus. *ff.* si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. Unde animal justa facere dicitur cum juxta naturam suam movetur, *l. 1.* §. & generaliter. eod. titu ubi si quadrupes nocet, cum secundum naturam suam movetur, hoc damnum animali non imputatur, quia justa facit. Si mula enim plus justo onerata onus evertat, mulierum puta lædendo, damnum utiq; dedisse non dicitur, cum hoc naturale animali fuit, ut abhorreret ab his, quæ sunt dolori. iste est tex. *in l. pen. eod. titu.* Nam & muli debent onerari secundum onus, ad quod portandum sufficientes consvetudine reputantur. text. est optimus in argum. *in l. publici. C. de cursu publico*, & Ang. *lib. xij. & ibi.* Bar. dicit illum tex. facere, quod si ego oneravi mulum tuum onere librarum quinquaginta, qui bonus & sufficiens putabatur ad tantum pondus, si tamen ita oneratus decessit ex pondere, non teneor, quia permissum est mihi onerare ipsum secundum consuetudinem & muli sufficientiā. ex cujus dictis facit singulare Corsetus, in singularibus suis, in ver. onus. quod dicit notatu dignum. Alioquin, si animal commota feritate contra naturam nocet, puta equus est calcitrosus, & calcem rejiciat, jam dicitur injusta facere, & censetur damnum dedisse, isque pro noxa dabitur, aut damnum à domino resarcitur, *d. l. j. gloss. versi.* contra naturam, Institutis, eodem titulo.

Quæstio II.

Quæro, pone cursu equi puer est occisus, an equo sedens, bajulansve, aut currens capitali pœna puniatur? Et non puniri ait Saly. *in l. non ideo minus versi.* quæro quinto. *C. de accusa.* sed mitiori pœna.

Tu au-

Tu autem distingue ut per Bonifa. *in rub. de insultu.* nam si currit in loco deputato, & aut dolosè? & capitali pæna puniri tunc ait, secus atque si vitium sciret equi, ut quia effrenatus indomitusve foret, & tunc leviter esset puniendus. Si verò non in loco deputato, & aut dolo? & capitaliter plectendus venit. aut culpa, ut culposus esset puniendus, *Vide* Jaco. Novellum *in Prati. crim. ubi de inquisitione pro casu agit, sub num. 7. Felin. in cap. significasti, primo. de homici. in initio.* Bar. *in l. si fornca. §. navis. ff. ad l. aquiliam*, ubi & Floria. & Bar. *in l. intelligendum. §. si propter ff. de pub.* Saly. *in l. non ideo, col. iij. C. de accusa.* Fusius Iodocus, *in ejus criminali in rub. cap. xlij.* ubi de damno pecuario agit, & quid si ex cursu equi quis percutiatur, & ex percussione vulnerat, Bal. *consil. cccxliij. in sua parte per totum.* Et no. quod currentes equos debent dicere alta voce: guarda. guarda. Bal. *in l. si putabat. ff. ad l. aquiliam, per illum textum.*

Quæstio III.

Conduxit quispiam equum ad vecturam, quem fuste vel baculo percussit in capite, ita quod mortuus reperitur, tenebitur ne de occisio? Et teneri *Felyn. dicit in c. significasti de* homicidio, *Corsetus in repertorio Abbatis*, versi. Conductor. Ratione enim loci percussi percutientis animus deprehenditur, cum equus virga & calcaribus, & non fuste vel baculo sollicitatur, ad æstimationem teneri existimat.

Quæstio IV.

Petebat actor equum totum brunum, reus autem libellum non procedere contendebat, quia multi reperiuntur equi toti bruni, negabat idem actor, quæritur quid juris in isto casu? Resp. *Albericus in l. idem Pomponius. §. si plures. ff. de ædil. edic.* in contingentia facti ita determinatum fuisse. Quod equus actori exhiberetur, qui declarare haberet, an idem esset petitus equus, *l. si quis in tantum. ff. de testibus*, vel ut exhiberetur testibus qui hoc declararent, ut in *auth. de testibus, §. quoniam*, Nam & identitas equi probari debet *Alex. con. cxxxviij. num. 4. in viij. vol. & ccvij. num. 2.*

Quæstio V.

Veterinarius quidam equum scholastico commodavit, ut iret ad studium, & misit secum famulum, qui male gubernatus equus mori-

moritur, an is emendare damnum tenetur? Et teneri censet *Alberic* *l.penul.ff. de usufruct.* quemadmodum. Licèt enim famulus adhibi fuerit, ut custodiam haberet de equo, quoniam autem scholast culpa perijt, ipse tenebitur, quod secus, si non culpa ex parte ejus, naturaliter, *Bologn in auth. habita.C.* ne filius pro patre, *l.si.ut certo.* me rogaveris. *ff.* commodati, ubi & *Alberic.& §. sequen. Bald.in.l.* *divi. C. loca.* cum simil.

Quæstio VI.

Equum oberrantem accipis in pascuis, incidis ne in pœnam stat tam adversus eos, qui propria autoritate res invadunt alienas? Et non incidere ait *Bellaperticanus. in rep.l.si.quis* in tantam. *nu.* 17. *C.u* *de vi. arg.l. quod Nerva.ff.de acquir. possess.* Differentia est n.inter rer mobilē & immobilem, possessionem enim rerum im̄obilem, poss demus ubicunque sint, mobilium autem non, nisi quatenus in nostr fuerint custodia. *d.§. Nerva. ubi.Ias.*& cæteri.

Quæstio VII.

Pro uno vitio in equo quis redhibitoria agere potest, sed de alijs n quoq; non apparentibus vitijs rectè protestabitur? & posse ait *Bald.i.* *l.si prædiū, col.ij.versi.*sed pone emi. *C.de.edil.edict.per text.in l.si tamet* *si.*§.cum redhitoria. *ff.eo.tit.*De quibus potest reservare sibi jus agend quandocunque apparuerit. *Maranta, in Prat .iudicia.in iiij. parte nu* *me.* 18.*pagi.*40. Et no. quòd dentes equi in Juventute sunt crocei colo ris & in senectute albescunt, secundum *Aristo. in Problema.* ubi poni rationem.

Quæstio VIII.

Duo petunt equum sequestratum, eqūs tandem moritur, an instan tia censeatur perempta? Et peremptam fore tradit *Ioan. Montalerius,* *in eius defensorio iuris ad fin. num.* 32. *q.*6. quotiens *& q.* 1. *plures.* ut vide *Archiepiscopum Floren. in ejus summa, lib. iii.* de pertinentibus ad Judi cium, qui *est ix. §. viij.* ubi de Salarijs Judicum agit.

Quæstio IX.

Commodasti equum, ut irem ad bellum, ibique est mortuus, an solvere tenear? Respond. *Marsil. in rub. de fidei. jusso sub nume.* 229. me nō teneri, nam scire poteras aliud regulariter & cōmuniter evenire de

Equo

[illegible] non posse, nisi tamen me ingesserim, quia tunc secus. idem *Alex. in Consil. 104.*

Quæstio X.

Licet ne equum in duello ferire? Respon. d.m. *Alciatus in tractatu, de duello,* licere, nisi aliter conuentum fuerit, *ibi cap. xlij. nume. iiij.*

Quæstio XI.

Armorum appellatione venit ne equus? Respon. *Paris de Puteo, in tract. de re militari. §. duo nume.* 4 non venire, Licèt de ratione sit equestris militiæ.

Quæstio XII.

An equi militibus in bello auferantur? Respon. *Paris in tracta. de re mili. [illegible]* an pugnans. quòd sic.

Quæstio XIII.

Equi pugnatorum ob igné appropinquare nolunt artificiosè certè [illegible], quis igitur victor aut victus existimabitur? Respon. idem *Paris in d. tracta. de re militari. in* ¶. *orta, num.* 1. ut per eum ibi fusius.

Quæstio XVI.

Apellatione equi, venit ne pull⁹ equinus? Respon. quod non, *l. sed addo.* ¶. si quis mulierem *ff. loca.* Quod facit ad statutum secundùm *Albert in Dictionario in dictione hac.* quod quilibet vadens ad exercitum habeat solidos decem pro quolibet equo, nam si sit equa quæ pullum pariat, pullus non venit, igitur decem non consequetur.

Quæstio XV.

Equus militaris extra provinciam duci ne poterit? Respon. non posse. *ff. de re militari. l. officium. Albert. vers. Equus.*

Quæstio XVI.

Mortuus est equus in bello, vel itinere, quo nam pacto mors ejus sit probanda? Respon. scriptura cum juramento ejus, cui equus fuit commodatus. *Bar. in rub. C. de fide instrumen. col. iij.* vel per instrumentum, quod plerumque quis sibi fieri facit, qualiter equus talis sit ibi mortuus. *[illegible] in auth.* ut liceat matri. ¶. *si ubi & Bar.* quod sanè instrumentum decet fieri coram testibus. Idem si ambasciator dicit, equum [illegible] in itinere mortuum, de morte producta scriptura à [illegible] facta, dato etiam quòd illa non faciat semiplenam probationem. *[illegible] in conjuncta Burgun. in* ¶. *[illegible] casu. Abb. [illegible]* de præscriptio. *sub nume.* 25.

Quæstio XVII,

Statutum dicit quod equus non redhibeatur, nisi sit bulsus, d
testes deponunt illum esse bulsum, alii inficiantur. jus autem comm
ne dicit in omne vitium occultum redhibendum. Quæritur quid j
ris? Respon. *Bal. in authen. omnes peregrini. C. communia de successio.*
dubio præsumi in causa potius redhibitionis, quia dubium facti dec
di debet, secunduum naturalem æquitatem *Alexan. consi. xlviij. in*
cendo.

Quæstio XVIII.

Conductor equi æstimati, an teneatur de casu fortuito? Respo
Bal. in l. si ut certò. §. nunc videndum. ff. commodati. de quo *Ias. in §. acti*
num, num. 86. instit. de actio. ubi de levissima quoque culpa tene
ait.

Quæstio XIX.

Equus probatur mortuus, sed non probatur cujus pillamini
an hoc probare debentem à probatione relevet? Resp. *Abb. in c. aud*
tis, num. 25. de præscript. ubi & glo. quod non, & ibi *Ioan. Andr. ait*
hoc practicasse. *Alexan. consi. ultimo, vol. vij. sub nume. 3.*

Quæstio XX.

Scholasticus quidam vellens in patriam redire, equum condu
xit ad vecturam, qui subitum incidit in itinere morbum, & ob id v
cino hospiti relictus fuit gubernandus, & diligenter curandus, nih
ominus tamen moritur, an hoc sufficiet, ut amplius non teneatur? E
sufficere probat consulendo *Bald. consi. xxij. Vantius in iij. volum. & A*
nonus. Dialogo ix.

Quæstio XXI.

Marischalcus curavit equum absque mercede, an illum pr
mercede rectè poterit retinere equum? Respon. *Bal. quod sic, in l. fin*
C. commoda. Et not. quòd Mariscalcus veterinarius rectè appellar
potest, ut probat *Jodocus, in Praxi crimi. cap. lxxiiij.* ubi de homicidi
per venenum agit, *pagi. clxxiij.*

Quæstio XXII.

An ad probandum Equum fuisse suum, & ejus valorem & a
probandum commodatarium culpam commisisse circa equum ne
cess

affectus sit, quod testis rationem sui dicti, etiam non interrogatus adsignet. & quid si ferò, medicum in curando equo adhibuit? vide *Alexan. consil. clxxxiij. in vij. vol. per totum*, ubi & alia.

Quæstio XXIII.

Equus posuit pedem in foramine molæ, & ob id effectus est inutilis. An qui ibi molam traxit, equi damnum emendare cogatur? Respon. *Albert. in l. qui foveas, ff. ad l. aquil.* teneri aquilia, seu in factū.

Quæstio XXIV.

An vendito equo, venit sella? Respon. venire *Petrus Rave. in tract. de consuetu. nu.* 116. & *Rochus de Curte. de consuet. & Firma in reperto.* & *Cravetta. consi, cxij. nume.* 13. communem dicit *Gomez* de quo *Suarez* communi *opi. pagi.* 79. *vide omnino An. Gomez in tractatu de emptione, & venditione. nu.* 15. ubi dicit standum in hoc consuetudini, si quæ adsit in loco.

Quæstio XXV.

Furto subtractus fuit equus alicui, an is autoritate propria, fallaciave aliqua eum habere poterit? Respond. *Alexan. consi. lxiiij. in iii. nume. post Ange. in l. qui vas. ff. de furtis. in prin. & in l. extat. ff. quòd metus cau. Pau. de Castro, consi. xxxvij. & seq. Alexan.* etiam *in l. ij. de jurisd. omnium Jud. Ioan. And. & Doct. in c. nullus, de pig.* quod poterit, nec debet ducere equum ad judicem.

Quæstio XXVI.

Quid si duo equi currerent, unus versus alium, & in cursu casu invicem se percutiant, an tum fiet emendatio? respon. *Bal.* quod non *in l. sicut iam. §. cum stramenta. ff. ad l. aquil.*

Quæstio XXVII.

Extat statutum, quod nullus vendat equum sub certa pæna; quidam insolutum dedit equum creditori suo, vel dono dedit, an ex statuto tenebitur? Et non teneri ait *Bonifa. in tracta. malefi. in rubric.* Quid si accusatio, *nume.* 89. quia statutum loquitur de venditione tantum, quod certè servandum est, prout sonat, *l. non aliter, ff. de legatis iij.*

Quæstio XXVIII

Dicit statutum Patavinum. Nemo vendere debeat equum non subjectio: quispiam vendidit equum. An tenebitur, & an contractus

Quæstio XXXIV.

Vendidi tibi equam, cum pacto, quod si marem pareret esset meus, si femellam, tua esset, peperit utrumque, quomodo res se habebit? *Respon. Ias. in l. si ita scriptum nu. ff. de li. & posthum. & in l. extraneus. numer. 11. ff. de cond.* causa data. quòd mas erit tuus, fœmina autem erit mea. Et nos, quod equarum libido extinguitur Jubâ tonsâ, secundùm *Ninnum lib. viij. cap. lij.*

Quæstio XXXV.

Quidam videns equum multum sudantem in aliquo stabulo, illum extraxit & ligavit, qui equus ita se in capistravit, quòd mortuus est, an extrahens emendare teneatur equum? Respon, *Ange, in l. eleganter.* ¶. *idem labeo* per illum *text. ff. de. dolo.* teneri. Licèt enim principiũ fuerit licitum, finis tamen non debet obesse domino equi. *Ias. in l.* 1. ¶. *ait prætor, numé. 3. ff. ne quis eum.*

Quæstio XXXVI.

Subtrahens equum de grege principis, quonam pacto debet puniri? Respon. *Martin. Lauden. in tracta. de Principe. pag. cccxlviij.* puniri in libra auri, & equum restituere.

Quæstio XX XVII.

Qua pœna autem puniantur, qui equos ad spectacula deputatos, in proprios convertunt usus? Respon. *Franc. Luca. in tracta. de fisco.* quòd solvunt fisco auri libram.

Quæstio XXXVIII.

Quispiam vendendi causa equum bene ornatum ostendit, an in contractu veniant ornamenta, quæ ipsi emtori tradere habeat venditor? Respon. *Ias. in* ¶. *actionũ*, institu. de action. teneri tradere. Quæ, si [illegible], emptori, licebit agere infra quadraginta dies. & nõ quod vendito equo, non solum veniunt ornamenta. quæ tempore venditionis equus habebat, sed quæ antea per duos habebat dies, quod probat *Ias.* ibi. Dicunt quod vendito equo ipso ornamenta venditoris arma habentis non veniunt. in contractu. Cur in tracta. de *consuetu. nu.* 9. Item ornamenta supradicta facta redhibitione, & in casu redhibitionis [illegible] equi recusata per venditorem petuntur per actionem in factum [illegible] *Petrus Jac. in sua prat. iudi. & Rofre. post* eum in libellis ubi de [illegible] agit, & *Panormit. in c. Iustum* de rerum permu. Et imò de [illegible] equis venalibus vetus est cautela, secundum *Petrarcham lib. ultimo, de solitudine, cap. viij. sub littera B.*

Quæ-

Quæstio XXXVIIII.

Duo contendunt de equo, & uterque per testes probant de domino, & possessione equi, ac eorum quilibet probat, quòd talis equus fuit, & est natus de una sua equa, quam habebat in domo, quænam erit sufficiens probatio? Respon. *Paris de puteo in tracta. syndica. §. probatio.* ut ibi per eum fusius.

Quæstio XL.

Equus est pignoratus, & ad vecturam commodatus, quid juris? Respon. *Negusan. in tractatu. de pignoribus*, 3. *membro, par. vij. sub nu. xvij.* quod inde cum expensa compensatur merces, & quod superest sit in sorte, & ibi vide *nu.* 16. quando expensæ factæ equo petantur. Et præfertur omnibus aliis creditoribus, tam pro alimentis quàm pro custodia, *Bar. in l. interdum. ff. qui po. in pigno. ha.*

Quæstio XLI.

Equus in pascuis accipitur ab eo, qui suum esse putabat, quomodo repetet dominus? Respon. rei vendicatione, aliàs actione furtiva repetet, si á sciente non esse suum accipitur, *glo. si quis in tantam C. unde vi.*

Quæstio XLII.

Commodavit quis mihi equum, ut rus peterem, postea pœnitet, & accipit mihi equum non finito usu, vel finito, an tenebitur mihi ad aliquid? Respond. *Bal. in l. si* quis in tantam C. *unde vi. nu.* 25. non teneri, ratione duplici, una ex parte expellentis, quia plenè possidet, altera ex parte expulsi, qui non possidet, licet commodatarius habeat ex commodato actionem.

Equus in bello fuit vulneratus, & postea in Civitate mortuus, an fiet de equo ipso aliqua emendatio? Resp. *Firmanus hac litera quod sic.* ut ibi fusius.

Quæstio XLIII.

Equitans, ire ne dicatur? Respon. quod sic, non agere: ideo potest per alterius fundum jure servitutis ire, licet alias ire pedester non posset, & manu equum ducere, *l. qui sellam, in prin. cum glo. ubi Floria. & Docto. ff. de servi. rustico. prædio.*

Quæstio

Quæstio XLIV.

An equi appellatione veniat equa? respon. quod sic. l. servis legatis. §. *pen. ff. de lega.* 3.

Quæstio XLV.

Equus commodatus offenditur absque commodatarij culpa, an pro eo satisfacere dominum tenebitur? Respon. quòd non, *l. fin. ubi Floria. ff. ad l. aquil.*

Quæstio XLVI.

Solvit ne passagium Equus, sicut sessor? respon. *ut in l. cum plures. §. vehiculum. ff. locati.*

Quæstio XLVII.

Gentes alicujus exercitus auferunt mihi equum, an si postmodū ad alterius manus perveniat, potero eum recuperare? respon. *Felyn in c. significantibus, in iiij. col. de libelli obla.* q quod sic, probata, s. violentia, licet non probato invasoris nomine. *Ia in* §. *qua justi. de act. nu.* 84.

Quæstio. XLVIII

Furatus fuit equus *Ho.* & est hic ductus, an fur erit securus? respon. *Bar. in l. sed nec* Legatarius, *col. ij. C. de condi. furti.* quòd non, tanquam rem de novo contrectans, ideo puniri poterit.

Quæstio XLIX.

Emi equum à viatore, & pretium solvi. verisimiliter. n. videtur tacitè actum, ut in continenti equum ipsum mihi tradere habeat, sed quid si non tradit? Respon. convenire possum in loco contractus, etiam ratione delicti, quia me decipit. q. *Tholosana, nu.* 103. Et no. quod si tibi do fundum pro centum aureis pro uno equo, & quæratur, an sit venditio, vel permutatio? Respon. attenditur, quod plus valeat, an equus, an centum aurei? si centum aurei, est venditio si autem plus valet equus, erit permutatio *c. ad quæstiones*: de rerum permu. *ubi. no. Bal. in l. Aristo.* §. *j. ff. de. dona. Alex. consil. cxix. in iij. sub. nume,* 5.

Quæstio L.

Equus, cum quo stipendiarius recessit, est penes Baronem magnū, à quo non potest sine magna difficultate recuperari, quomodo fiet? Respon. habebit locū l. si mater. *C. de rei vendi.* & *q. Tholosana nu.* 202.

Quæstio LI.

Mercator, qui vendidit equum in loco, in quo assiduè conversabatur, an ibi, vel alibi pro equo conveniri poterit? Respon. nedum ibi sed & alibi, si alibi fuerit equus evictus. *Felin. in c. dilectus, versi. ad domicilium de rescriptis.* ubi bene.

Quæstio LII.

Venditor Equi, eum transmisit emptori, & in via est reprehensus, cujus ne erit damnum? Respon. *Bal. in l. pen. per illum tex. ff. de action. empt.* venditoris quidem damno equum esse. Quod verum putat *Perusinus, in c. significavit, de appella. num.* 14. Nisi foret actum quod per certum nuncium mitteretur, vel equus missus fuisset per proprium emtoris nuncium, quod debet notari, quod secus existimat *Marsilius singul. ccccxxx.* si quis commodavit equum tibi, & scribat literas, quod tu mittas equum, quia tunc non vult petere a te, ut des illum famulo, seu nuncio, qui literas attulit tibi. Nisi hoc expressè in literis caveatur. unde tu, si tradas illi, & fugiat cum equo, non liberaberis, inquit ipse.

Quæstio LIII.

Quid si conductori equus ablatus est in itinere? Respon. *Bal. consi. incip. Thomas.*

Quæstio LIV.

Duo socij vendunt equum morbosum, an unus pro alio tenebitur? Respon. *Franc. Crema. no. suo. cxlv.*

Quæstio LV.

Equus ne supellectilium massaritiarumve apellatione venit? Respon. *Bar. quòd non, in l. 1. ff. de suppellec. leg.*

Quæstio LVI.

Facto tertii equus alterum percussit, an tenebitur? Respon. Bar. *in l. eleganter. par. quadrupes. ff. de dolo, ut per eum. Doct. in l. Agaso. ff. si. quad. paup.* fecisse dicatur.

Quæstio LVII.

Quod Jure cogatur possessor equum restituere? Resp. *de usu. ff. de variis & extra ordina. cogni. & Specul. tit. de offic. omnium Judi. Par. 2. versic.* item imploratur.

Quæ-

Quaestio LVIII.

Conduxit quis equum, ut Romam peteret, & duxit Mediolanum, an furtum fecisse dicatur? Respon. quod sic. *l. si ut certo. Par. denique. versi. quinimo. ff. commo. & in. l. si furtum, in princ. ff. de. condi. furti. l. qui Jumenta ff. loca. Areti. in tract. Malefic. versic vestem celestem. Quod intelligit Bart. in l. item quaeritur. Par. si. ult. col. ff. l. ca.* non procedere in equo locari solito, quia tunc dui retinuit pluribus diebus furti non tenebitur sed reconduxisse censebitur, vel nisi crediderit conductor, aliàs dominum permissurum. vide *Archiepiscopum Florenti. in ejus summa, libr. ii. titulo de speciebus furti. ¶. iiii. d. l. furtum, allegata per ipsum Ang. in l. inter. omnes. ¶. rectè. ff. de furtis. glo. in. ¶. furtum. institu. de oblig. quae ex deli. nascun Cassaneus in consuetu.* Burgundia. ¶. *v. pagi.* 40. *Plotus, in repet. l. si quando, sub nu.* 550. *C. unde vi.*

Quaestio LIX.

Equus conductoris culpa incidit in commissum, quia diu stetit in loco, an ad mercedem tenebitur? Et teneri putat B*ald. in l. colonus.* ¶ *fina. ff. loca. per illum textum.*

Quaestio LX.

An conductor equi teneatur, si equus erat infirmus? Respon. *Odofre. consi. incip. in nomine domini.*

Quaestio LXI.

Conductor equi an teneatur sumptus facere ex aere proprio? Respond. quòd sic *l. in rebus.* ¶. *possunt. ff. commoda.* & debet facere bonos sumptus hinc abundantiae. Aliàs tenetur de deterioratione. B*ar. l. arim lia. C. de cursu pub. lib. xii. Cagnolus. in l. contractus. ff. de regu. Jur. num.* 53.

Quaestio LXII.

Adest ne aliqua *Cautela*, per quam quis sit securus, *si equum quis emat furtiuū*, puta in foro? resp. *Capolla. cautela x. quòd sic.* ut scilicet protestetur se nomine Domini equum emere. offerens se separatum illi restituere, restituto sibi precio & interesse. *Vide Ioseph. Ludovi. Decis. Perusi.* 42. *per totum. Vide Decis. Tholosa. cli* Beninted. *conclusione Bono.* xxxiii. *Ex nova tamen constitutione D. Ducis nostri Moderni,* sancitum est,

 quòd

quod sit securus emptor, ut patet ad officium Bulletarum. Verum hanc cautelam refellit dominus meus *Alciatus, in tracta. Præsumptionum. regula.iij.præsump.xxix.versic.sed ista opinio.* Vidi tamen practicari coram me, tunc quando fui Superior Bulletarum Ferrariæ, quòd ducebatur equus ad officium, emptor emptitabat cum dicta protestatione & tunc servatis de jure servandis, meum tandem interponi decretũ &autoritatẽ postulabat emptor. Nã videtur, quod hoc sufficiat. istud n. est facere contractum bonæfidei, quia fit in præsentia Iudicis: *Bar.l.frater à fratre ff. de condi.& demon. & Imo.in l.j.¶.fuit quæsitum,ff. ad Treb. col. iiij. Grammaticus consi. xl.sub.nu.25. cum simi.* Præsentia. n. Iudicis facit cessare læsionem & deceptionem præsumptivam, prout post multos concludit *Craveta in consi. cxiiij. sub n. 2. in.j.vol. Vide Bal. in consi.cccxlviij.in fi.ubi* dicit, quod semper utile est in contractib⁹ decretum Iudicis intervenire. *ut ff.de solu.l.si.stipulatus.¶.lancem.in j.vol.* cogita tamen *Cæpol.cautela clxxxj* Sed contra *Cæpolam.d.cautela.x. consuluit Natta consi.*436.de quo *Iulius Clarus.in Practi. in¶.furtum versi.* sed hic incidenter. Vide tamen *Covarruviam. in sua Relect. par. 2.¶.1. nu.*5.Limitat istam cautelam, ut per *Grammaticum consi.civili. xx. num* 1.procedere, si jumentum fuisset emptum minori precio quam valuisset· ex quo eo casu sibi competeret utilis actio negociorum gestorum ad repetendum precium prædictum, quidem probat.aliàs secus, & vide eundem *in consil.*36*.nu.*1*.Vide Francis.Marcum..Decis.Delphin. quæm.*7*.parte* 2*. vide Decis. Tholossa. clj*

Quæstio LXIII.

Quid est equitium? Respon. *Spiegel. in Lexico hac litera.* esse equorum armentum.

Quæstio LXIV.

Qui nam sunt equuli? Respon. *Justin.in ¶.pecudum. institu.de rerum divisio.* quod sunt parvi equi & supra dictum est.

Quæstio LXV.

Quibus vestibus utuntur equi Cardinaliũ? Tradit *Bertachi in reperto.*

Quæstio LXVI.

Equi ne ad militis sepulturam ducti, Ecclesiæ pro sepultura remanere debent? Respo. *Bald. in l. sancimus. C de latina lib. tollen. remanere debere?* Contrariam vidi observatum *Ferrariæ.*

Qua

Quæstio LXVII.

Equus de bonis Ecclesiæ à clerico est emptus, de bonis Ecclesiæ inquum suæ, erit ne ipsius Ecclesiæ? Respond. *Archidiaco. in ca. statutum. ¶. assessorem. de rescrip. in 6. Ecclesiæ* prorsus esse.

Quæstio LXVIII.

Equa per alium est possessa, quomodo repetitur? Respond. *Bart. in l. de usu. ff. de varijs cognitio. Specula. in titu. de offi. omnium judic. ¶. ij. versi.* item *implorat. De causa possessio. ¶. iiij.* ubi etiam ponunt, quomodo equa ipsa cum partu repeti possit.

Quæstio LXIX.

Occidens equum, qua actione conveniri poterit? Respon. *prout in l. i. ¶. si quadrupes. ff. ad l. aquil.* ad damni æstimationem.

Quæstio LXX.

Commodasti tu mihi equum, ut irem Parisias, ubi habebam magna negocia expedire, quispiam crus equo meo fregit, & ob id illhuc ire nequivi, quam actionem adversus ipsum intentabo? Respon. *Iaco. de Ravenna in l. item Mella. ¶. eum qui vestimenta. ff. ad l. aquil.* quod dabitur mihi in factum subsidiaria. Alberi. ibi post eum.

Quæstio LXXI.

Habeo equum tuum pignori, an tenaris illum pascere? Respon. *Alberi. in l. quemadmodum. Par. municipales* & aliàs incipit magistratus. *ff. ad aquiliam. per illum tex.* & ait, sufficere, quos ego permittam afferre tibi ei bibaria, & ita servatur.

Quæstio LXXII.

Aliquis credens sibi licere, aufert de manibus alteri equum, an punietur? Respon. *Ange. in l. prætor. Par. hac actione. ff. vi bonorum rapt. Marsil. in consil. j. vol. ij. sub numero* 22.

Quæstio LXXIII.

Cingari, vulgo Cinganni, vel Aegyptiaci furto quotidie subtrahunt equos, an pro eorum restitutione quid licitè percipere possint? Respon. *Bal. in l. fi. C. de condi.* ob turpem causam, jure quidem nil consequi eos posse. *Natta. consi. 76. nu. 2.* Licèt isti ioculatores, qui faciunt ire caballos per cordam & similia facientes licitè quid accipiant. *ij em. supra ir. gl. ver scena. l. ij. Par. miles. ff. de iis q. no* infamia. sũt infames.

Quæstio LXXIV.

Quis vendit equum, quem tradit per frenum, vel capistrum, an censeatur per hoc dominum in emtorem translatum? Respond. *glo.ver. tranferat in§.interdum. insti.de rerum divisio.* translatũ censeri.

Quæstio LXXV.

An quis equum depositans, capistrum quoque deponere videtur? *Vide l.Par. quæ depositis ubi & glossa. ff. depositi.*

Quæstio LXXVI.

An liceat alicui immittere equum suum in pascuis prati mei? *Vide c.i.Par.fi.de cleri. viol.& Guido papæ singu. ccclxxj.*

Quæstio LXXVII.

Si equitarem equum, cujus non essem dominus, nec haberem Jus aliquod equitandi, Quod Jus igitur habere dicar? Respon. *Archiepi. Floren. in ejus summa. lib.iij. titu. de ingressu religionis.* quod dicor habere usum equitationis equi nudum per omnis Juris denudationem.

Quæstio LXXIIX.

Captione utuntur maliciosi equorum locatores, qui à principio dicunt plura verba,& postquam est cõventum de precio, dicunt, domine non habeatis pro malo, volo quod coram istis testibus equum hunc accipiatis, & promittatis, quod si equus pereat incursu latronum vel incendio, seu alio casu, periculum sit vestrum. *Cyn. in. l.i.col. ii. C.commo.* decidit an hæc captio præcedat? pro ut eum sic refert *Nevisa in sylva lib.ii.sub num.*39.*pag. clxxii. in fi.* Alia etiam agunt hoc pessimum genus hominum.Qui jumenta locat meritoria seu veterina dat succussorem, quem male sessor alit.ponit idem *Nevisa in carminibus. in calce sylvæ:*

Quæstio LXXIX.

Quæritur an Legatarius teneatur dare equum hæredi, ut querat servum, qui post testamentum aufugit? Respond. *Bar.in l.si servum .ff. de leg. i. quod* debet inspici persona hæredis & ejus conditio, & si erit talis, quod ire pedester nequeat, tenebitur.

Quæstio LXXX.

Si fiat legatum de equo morello, an debebitur equus albus, quem unicum tantùm testator habebat? Respon. *Ale.in l.nominatim. ff.de*

ff. de lib. &. posth. de qua re pertractant. *Doct. in l. si quis in fundi vocabulo. ff. de leg. i.*

Quæstio LXXXI.

Quid agendum sit equo furto subtracto? Respon. *Follerius in sua criminali Praxi, parte ii. titul.* Capiat informationem *sub nu.* 11. *pag.* 18. Quòd primò probatur dominium equi & quod fuit visus & repertus equus in posse alicujus, & quod equus paulo ante visus est in stabulo furtum passi, & demum ibi minimè repertum, & quòd stabulum fractum est. Quid modò, quando furto subtractus est equus hospitatori? Respon. consulendo *Barba. consil. liii. in primo volumine.*

Quæstio. LXXXII.

Quæritur, aliquis in armis suis equum designare cupit, quomodo hoc rectè faciet? Respon. quod in parte anteriori aliqualiter elevatus esse debet. *Bar. in tracta. de insigniis & armis sub nu.* 17. *&.* 22. ponit etiam quomodo in coopperturis ponatur equus, & dono percipiatur equus *c. &. si quæstiones. Par. cum in accipiendis, extra de Symonia* ubi dicitur, quod sic. *vide tamen glo. ibi.*

Quæstio LXXXIII.

Quid si mihi promissus sit equus in instrumento confessionato, & mora debitoris amplius non extet equus? Respon. potest fieri executio in æstimationem. *Benedictus de Barxis. in tracta. de libellis guarentigiatis, vel rectius valentigiatis. q. xj. partis. i.*

Quæstio LXXXIV.

Venditor equi dicit, se vendere equũ habentem omnes defectus, exprimens aliquos ex eis evidentes, occultos autem silet, Quæritur an de occultis, & nõ expressis teneatur? Res. propter occultos non teneri. *Petrus Jaco. in sũ practica. ubi de redhibi. agit Ioann. And. ad Specula. titu. de emptio. & vendi. Par. nunc videndũ. in addit. incip. quid si vendas. Ang. & alii in l. si quis cũ aliter ultima ff. de publi. Abb. in c. Justũ de rerum permuta. Bal. & Saly. in l. i. C. de. edil. actio.* Dicebat tamẽ *Diogenes*, nihil stulti⁹ esse, quã venditorem narrare rei vitia, quam vendit. Et not. quod licèt emens equũ patientẽ in loco evidenti nõ possit agere redhibitoria. l. quæritur.

tur. *Par. fi. ff. de edil. edic.* tamen illud non habet locum in minore, muliere, & rustico, *Bal. in l. ii. C de rescrip. ven. in vi. col. quem refert Barba. consi. xvi. in iii. vol. Ale, in con. cxlviii. in ii. per totum. vide etiam Angelum in Par. prætorum Insti. de Jure naturali.*

Quæstio LXXXV.

Quid si equus venditus *intra triduum sit mortuus*? respr. *d. m. Alcia. in tractatu præsum. regula. ij. præsum. xxvi. in fi. Alex. in l. si quis cum aliter. nu. 24. ff. de verbo. obli. Abb. in c. Justum. de rerum permu.* Si animal enim emptum triduo mortuum fuerit, imminet hoc detrimentum venditori, quoniam ex vitio morbi ante venditionem contracti censetur perjisse l. si verò. *Par. qui pro rei ff. qui satisda. cogan.* Et no. quod si emo à te equum, ut si non placuerit mihi possim tibi restituere spatio sexaginta dierum, quod si nolit. *Par. si quis ita. ff. de ædil. edic. Roma. singu. dcclxix.* Item no. quod si aqua subterranea duceretur in equum lateribus circunstructum, per cujus os aqua stillaret fortè æneum, & venderetur, illa domus cederet domui, & emptori esset lucro, si de ea re nihil esset dictum. *l. si venditor. Par. firmius. ff. de actio empti. & vendit.*

Quæstio LXXXVI.

Quid si quis vendit equũ cum omnibus suis schinellis & magagnis & cũ pacto, quod nolebat teneri de eis, an hoc sibi proficit? Vide *Pet, Jaco. in sua practi.* ubi de redhibitoria meminit, & *placent. in tracta. de act. personalibus tit. xxij. de actioni empti. sub nu. 5. cum seq. & bene per Panormita. in c. Justum. de rerum perm. & eundem. Pe. Ia. ubi* de actione quanto minoris civili agit. ubi fusius vide omnino. Vide etiam *Archiepiscopum Floren. in ejus summa. lib. ii. tit. de fraude in negotiatione. Par. ii. ad fi. & Par. vi.* inibi ponit, an semper teneatur venditor dicere defectum rei venalis? Et ait, quòd si monoculus sit equus, non tenetur manifestare, sed tenetur precium diminuere pro illo defectu, quem emptor ignorabat, nisi visus ejus esset periculosus, vel noxius, quia tunc tenetur. Et ait idem *Petrus Jac. ubi supra,* quod venditor, qui verbis deceptorijs inducit emptorem ad equum emptitandũ, tenetur ut ibi per eum fusius. Ubi etiam format libellos, positiones, articulos, & denique, etiam sententias super equis petitis in Judicio. Et quando vitium dicatur patens inibi. Et vide tu quoque *Panor. in d. c. Justũ.* ubi ait vitium,

patere

patere, quando. f. quilibet aspiciens perpendere posset. Et no. quod equus *castratus* non dicit vitiosus *Bal. in l. j. C. de edil. ubi dicit.* quod bene equus *retrogradus* dicitur vitiosus: umbrosus sæpe numero consuevit esse castratus equus, rationem assignat articulus *Arist. in probl.* Item no. quod licèt actione in factum non agatur post quadraginta dies, agi tamen potest certi conditione generali, vel sine causa. l. ædiles. ¶. *inventorum. ff. de ædil. edic.* prout equus spado sanus dicitur *ut ibid.*

Quæstio LXXXVII.

An de equis, super quibus equitantes transeunt, teneamur solvere dacium, seu gabellam? Respon. *Anch. consi. cclxiiij. per totum*, quod non, tamen malè servatur, ut sæpè experimur.

Quæstio LXXXVIII.

Quæritur cujus expensis & sumptibus exhibeatur equus exhibendus, & cujus etiam expensis ali? Respon. *Ias. in* ¶. *praterea. n.* 48. *inst. de act. Paris in tract. synd.* ¶. *An. nu.* 4. ubi de expensa facienda in sequestrando equum.

Quæstio LXXXIX.

Stipulatio, qua promittitur, quod equs venalis gradarius, non calcitrosus sit, an teneat nec ne? Resp. quod sic, si per verba præsentis temporis concepta sit, *l. si ita quis. ff. de evictio.*

Quæstio XC.

Locavit quidam equum alicui, qui deteriorem factum reddere volebat, locator petit, postea non vult, Equus interim moritur, cujus ne erit periculo, locatoris, an conductoris equus mortuus? Respon. *Alberi. in l. hujusmodi.* ¶. *adem. ff. de leg.* 1. *videri*, quod conductoris, qui fuit in culpa eum deteriorem reddere. Verum stat Dini sententia contra, quia non constaret de æstimatione deteriorationis, & ideo debet recipere sub protestatione *arg. l. quidam æstimaverunt. ff. si cert. peta.* cum simi. *ut ibi recitat Alberi. vide Ange. post Bar. in l. qui sibi.* §. *qui filium. ff. de solu. Cravetta. consil. cvj. nu.* 2. *inj. vol.*

Quæstio XCI.

Cuidam equum commodavi meum, cui posuit valisiam, & ob

id effectus est deterior, an debeat emendari? Respond. *Bertach. quòd sic. Cagnolus in l. contractus, nume. 64. ff. de regulis juris.*

Quæstio XCII.

An conductor equi teneatur post mortem ipsius equi, usque ad solutionis æstimationem, ad mercedem pro eo, dato, quòd fuerit inter ipsum & locatorem conventum de sibi præstando qualibet die mercedem, vel equum locandum? Respon. *Odof. quod non, consi. locavi tibi mulam. Spec. titu. de locato.* ¶. *jam dicendum, versi. sed ecce locavi.*

Quæstio XCIII.

Si conductor Roncini seu equi suscipit in se mortis periculum, an tenebitur, si equus decedat morbo naturali, puta ex vivolis? Resp. *Bald. in addit. ad Spec. tit. loca. col. ij.* quod non, Et an Locator eum sic magagnatum recipere habeat absque deteriorationis precio? *Marsil. singu. dcvij. & Pau. de Castr. in l. qui stichum, ad fin. ff. de solutio.* Et si ipsum locatori restituit tanquam sanum, & dominus ignorat tunc vitium in receptione, non liberatur ipse conductor *Bar. in l. opus. ff. de loca. & in l. qui sibi.* ¶. *stichum. ff. de solutio. Bald. in proœmio ff. orum.* ¶. *hac aut tria.*

Quæstio. XCIV.

An locator equi vitiosi ad interesse, teneatur? Resp. *Bar. in l. sed addes.* ¶. 1. *ff. locati.* quãdo distinguitur sciens ab ignorante. Est autẽ in libro, qui Meridiana dicitur, quod si locavi tibi conventa mercede equum ad vecturam, ducendum Florentię, & restituendum inde ad octo dies, & equus adeo vitiosus erat, ut commodè eo uti non posses, quia fortè cespitabat, vel cadebat, vel sessorem lędebat, cum calcaribus urgeretur non ambulabat, vel male, & similia faciebat. Distinguendum censet. *Archiep. Flo. in ejus summa, lib. ij.* ¶. *vj. col. j. titu. de speciebus furti:* nam si locavi certum, puta hunc equum, & sciebam vitiosum, teneor ad omne damnum datum & interesse suum: Aliàs secus: sed si locavi tibi incertum, puta unum de equis meis, cum haberem plures bonos & malos equos, & postea tibi præsentavi malum, hoc sciens, teneor tibi ad omnes expensas, quas fecisti in equitatione, & tu teneris specialiter ad ea, quæ mecum convenisti.

Quæstio XCV.

Quid si quis vendat alicui equum, nec eum coram abducat, sed ita verbis depingat, ut deprehendi cogitatione ejus species in individuo possit, an si pereat equus, quem venditum voluit, antequam emptori traderetur, cujus ne erit periculum? Et venditoris esse constat, *l. quòd si neque, & l. lectos. ff. de periculo. & commo. rei vendi.* Hoc tamen verum est, cum incertum de incerto debetur: nam si incertum de incerto debeatur puta si vendiderim unum equum ex meis, hinc si omnes equi mei pereant, venditor liberatur à traditione rei, quę sine culpa perijt, ac proinde emptoris periculo & damno periisse censetur, nec si solutum sit pretium id ab emptore repeti potest, *argum. l. ratione. § incertæ. ff. ad l. falc.* secus si unus tantum perijt equus.

Quæstio XCVI.

Ait *Papinianus in l. equus. ff. de usuris.* equis per fideicommissum relictis, post moram fœtus quoque præstabitur ut fructus. Sed & fętus secundus, ut causa sicut partus mulieris. quonam modo inibi secundus fœtus intelligatur, & quæ sequuntur? Sanè innuit utcunque lex illa, quòd causas dixerint veteres eas accessiones, quæ licèt non ex ipsis rebus provenissent, in illisque hęrerent, tamen earum occasione productè meritò res ipsas sequētur. Disertè igitur in lege illa distinguuntur fructus à causa, ut fœtum ex equa natum inter fructus, secundum verò fœtum, & partum mulieris, inter causas numeret. & profectò, sive secundùm fœtum lex vocet eum, qui ex eadem equa est editus qua primus, sive eum, qui ex primo fœtu natus est, satis patet quòd ex causa rebus accessisse dixerint veteres, id quod non re ipsa, sed occasione rei debitum esse videretur? Quòd autem in eadem lege partus mulieris intelligatur, perpende ex his.

Quæstio XCVII.

Quæritur item, quidam grammaticus Mediolano Bononiam iturus, equum à Veterinario certa in dies mercede conduxit, quo visus eundem remisit epistola missa, in hunc fermè modum. Pegasus, qui me tollutim succussit, apud campanæ peluis copam erit, inde

petito, phoretumque ex eo tempore præcidito, Hinc orta inter prædictos controversia est, nempe Veterinarius ob nimiam obscuritatem scripti sermonis equum amiserat. Et ij, qui de re pecuaria jus dicebant, pro Veterinario judicarunt. Debebat utique grammaticus tali idiomate uti, quid à Veterinario intelligi posset, qui equum percipere habebat, *l. 1. de excusa. tuto Ponit. d. m. Alciatus lib. de verb. sign. pag. lxxix.*

Quæstio XCVIII.

Quidam proposuit equum venalem, quem uno tantùm vitio urgeri dicebat, nempe quod nunquam sueverat arborem conscendere, Emptor credidit hoc esse jocum, contigit autem emptori pontem trabibus contextum trascendere, verùm equus transire nolebat, sessor autem calcaribus & fuste pluries solicitat, sed nihil agit, tandem victus grande relegit iter, tunc equi vitium non futile esse cognovit, volebatque hunc redhibere, dolumque venditoris adesse dicebat, calidus autem venditor pacto se defendit, quæritur inquam quid juris? Et pro decisione *vide omnino Pe. Jac. in dicta sua Practica,* ubi de redhibitoria agit. *Gribaldus autem in suo* de ratione studendi, tertio ponit carmina, & votum Papiniani pro responsione desiderat, *vide tu glo. versi. fallendi, l. ea quæ. in fin. ff. de contrahen.* emptio ibi fallendi, ut si dicat equum non ascendere arborem, & sic non tenetur, ideo quia non ascendit pontem; & ita Florentinus ibi decidit casum.

Quæstio XCIX.

Equa fuit data, ut ab equo cooperiatur? an polledri indè nati erunt domini equæ? respon. *Ange. de Perusio, in tracta. de societate,* quòd non, sed erunt communes utrique. *ibi in 2. parte, nume.* 18. Nam ita dicit text. *in extravag.* si quis dedit jumenta, in rub. Consuetudo societatis: quę ita ad literam jacet. Si quis dederit jumenta cooperienda equo alicujus, omnes polledri debent esse communes, nati in illo anno de jumentis illis partiendi, quæ secundum consuetudinem sunt. Et si aliquis equus cooperuerit de jumentis illis, & ille cujus sunt jumenta debet partiri poledros, & immittere electionem cujus est equus, utrū velit accipere poledrum aut partem precij secundum cōventionem, ubi autem aliqua conventio facta non esset, conservanda est

da est consuetudo loci, ubi autem de consuetudine non apparet, ad arbitrium boni viri recurrendum esset, maximè ad exonerationem conscientię, ne quis cum aliena jactura aliquid lucretur: illud enim tanquam indebitum restituendum esset, *l. nam hoc natura: ff. de cond. indebi.* Quando autem equa, vel asina alteri datur, ut cooperiatur ab equo, & non aliter ad meliorandum dicitur esse contractus innominatus, *l. si tibi area. ff. de præscr. ver. Cassaneus, in consuetu. Burg. pag. cxcx. ad fi.* Licèt contrarium dixerit *Angelus de Perusio, in l. si pascenda pecora. C. de pactis, vide tamen l. idem Pomponius. §. idem scribit. supra allegata. ff. de rei vendi.* Si equam meam (inquit tex.) equus tuus pręgnantem fecerit, non esse tuum, sed meum, quod natum est, jure enim gentium, & ea, quæ nobis ex animantibus nostris nascuntur, nostra fieri. Neque interest, an ex rationali, ut ex serva, vel irrationali, ut ex equa, quid nobis natum sit, nam idem jus de utroque genere animantium intelligitur, *l. partum. C. de rei vendica.* Quare nihil ambiguitatis est in hoc modo acquirendi, nisi fortè quis dubitet, an ex sexu fœmineo solum, non etiam ex masculo nobis putentur nasci animantia, ut cum tuus equus meam equam prægnãtem fecerit, quęras utri fętus cedere debeat? verum indubitati juris est, quod in considerando dominio natorum, non pater, sed mater respiciantur. nam sicut in rationabilibus animantibus partus sequitur conditionem matris: ita & in irrationalibus ejus fętus fit, cujus est mater, dictis legibus. Usus autem hodiernus recipit, ut certa ordei quantitas pro equo admissorio præstetur? Sed modò, quid si equa ipsa cooperta ab equo, non efficitur prægnans, an dominus admissori equi talem ordei quantitatem conventam, vel consuetudine limitatam, consequi poterit? Et puto quòd sic, *juxta not. in l. si jactum per illum text. ff. de actio. empt.* nam cum iste sit contractus innominatus, *ut probatur in d. l. si tibi area. ff. de præscript. verb. do ut des*, & adimpletum fuerit adimplendum pro parte domini equi admissori, debet itidem conductor & ipse non deficere, cum spem tantùm imprędgandi conduxisse videatur, *d. l. jactum. & Bar. in l. cotem ferro. §. qui maximos, col. ij. ad fi. ff. de publica. & in l. nec emptio. ff. de contrahen. empt.* Spem precio non emo, inquit Comicus. Quod si conductor equi teneri nolebat, debebat cautius agere & nego-

gociari, l. veteribus. *C. de pac. & supra no. in l. nepos Proculo. ff. de verb. signifi. per Docto.* & melius declarare ejus intentionem, *juxta no. in l. non omnis. ff. si cer. peta.* propositum in mente retentum nihil operatur, & ita servat communis observantia, nisi admissorius equus ad coeundum esset impotens, puta senex, qui est frigidus, & secus, & non aptus palestræ venereæ, secundùm Aristotelem, lib. de generatione animalium. & fusius per *Tiraquellum de legibus connubialibus, in vi. l. connubiali. Nevizanus, in sylva nuptiali. & d. m. Alcia. in suo. de eo quod interest, pagina* 493. *& Parergon lib.* 1. *cap. xlij.* Et no. quòd spes ad aliquam rem, non est sufficiens ad agendum ad ipsam rem. *Panorm. in c. super. qq. de concessio. præ ben. num.* 6. Conferunt supradictis ea, quæ refert *Cassaneus, in consuetu. Burgun.* ¶. *xxiii. pagi. cxcv. facin. ij. in prin.* ubi dicit quòd in sua Burgundiæ patria, suprascripta jura extravagantia, super jumentis non observantur, quia consuetudo loci est in contrarium, quæ apparet. nam ille, cujus est equus, nihil habet de poledro, sed solùm scit, quantum habebit, eo quòd locat equum, ad cooperiendum jumentum, ubi autem de consuetudine non apparet, ad arbitrium boni viri esset recurrendum, maximè ad exonerationem conscientiæ, ne quis indebitè damnum patiatur, *juxta l, nam hoc natura. ff. de cond. indeb.*

Quæstio C.

Quæritur, emi equum ab aliquo, qui ex Asia pone veniebat ad Civitatem Ferrariæ, super quadam galia, & solvit sibi precium, ipse vult recedere cum equo, utrum potero eum convenire Pisis, ubi contractus celebratus fuit? Dic, quòd sic, ad traditionem equi scilicet, *Bal. in l. hæres, in addi. de judi. col. j.* & ex assidua quoque conversatione mercatoris obligatur ad hoc. *Fel. in c. dilectus,* 2. *sub num.* 11. *de rescriptis.*

Quæstio CI.

Volebam emere equum, & inveni cozonum, seu prosonetam eqnorum, & promisi sibi dare unum ducatum, si ipse faceret, quòd haberé equum: quid si deinde equus reperiatur vitiosus, potero ne ducatum sibi datum repetere? Respon. *Alber. in l. j.* ¶. *fin. in fi. per illum tex. ff. de cond.* causa data, causa non secuta. me sanè posse.

Quæstio

Quæstio CII.

Equum locavi tibi meum, tu quidem ei non dabas comedere, fuit tibi furto subtractus, teneberis ne ex eo quod sibi comedere non dabas? Resp. quod non. cum culpa illa, ad casum subtractionis non fuerit ordinata. *Alberi. in l. damni infecti.* §. *ei qui in solo. ff. de damno infec.*

Quæstio CIII.

Filius familias habebat equum, quem sibi pater suus emerat, postea filium ipsum emancipavit, Equus ne iste erit sibi præcipuus cum alijs quoque filiis? Respon. quod sic. *Alber. in l. donationes.* §. *pater filie. ff. de dona.*

Quæstio CIV.

Commodatum per te mihi equum perdidi, cujus tu quidem æstimationem à me petis, ego unum alium tibi offero equum ęquè bonum, an sufficiat? Respon. *Alberic. in l. cum quidam, col. ij. C. de fideicommiss. libert. videri*, quod sic, *ut. ff. loca. l. si quis domum. ij. resp. Dic tamen ut per Spec. de solutio. & oblig.* ¶. *sequitur videre, versic. ultimò ponit.*

Quæstio CV.

Si tibi commodavi equos duos, & postea dixerim, cum duobus equis, quos tibi commodavi, promitto commodare quinque, tenebor ne ad quinque computatis primis duobus jam commodatis? Resp. *Christofo. Por. Inst. de libertinis. ii. col.* me tantùm ad tres alios equos teneri, & non ad septem.

Quæstio. CVI.

An quis retinere possit equum in suo prato repertum & instabulare? Resp. ut per *Bart. in l. prætor.* ¶. *si dominus, ff. de dam. infect. & Doct. Inst. si quadru. paupe. feci.* dicatur, in *prin. & Spec. in tit. de Actore.* ¶. *i. versic. pone nostro. & in* ¶. *cæterum. ad l. aquil. l. j. ubi Doc. & Doct. in* ¶. *si læserit, Inst. de injuriis, & Bart. in l. hoc amplius. ff. de damno infecto.*

Quæstio CVII.

Emo equum tuum, si placuerit mihi infra mensem, an tenet venditio? Resp. *Chri. st. Portius, Inst. de emptio. & venditio. col. fin.* quòd tenet venditio. De permutatione autem equorum cum vitio *Diomedis & Glauci*, tradit *glos. pen. versic. permutantes in proœmio fforum.* Quid si non

ſit ſtatutum tempus? Reſpond. quòd infra *lx. dies. l. quod ſi nolit.* ¶. *ſi quid ita. ff. de ędil. edic.*

Quæſtio CVIII.

Petenti equum commodato, reſpondit quis concedo, an equus ob tale verbum cenſebitur dono traditus, cum verbum concedo, donationem quandoque importet? Reſp. *Abb. in c.* cum venerabilis, de except. quod bene verum eſt, quod verbum concedo quandoque donationem importat; quotiens tamen ex circumſtantijs contrarium non apparet, ut in caſu petentis equum commodato. *Relator eſt Alex. in l. ſi donatione. C. de collatio. ſub nu.* 17. ubi de verbo concedo verba facit.

Quæſtio CIX.

Forenſem in Civitate tranſeuntem cerno cum equo meo, poſſum ne judicis officium implorare, ut ſatisdet mihi, ad finem, ut mecum in loco reperto in judicio intereſſe poſſit, vel facere, ut equus deponatur, & penes quempiam conſignetur? Reſpon. *Caſt. quod ſic, in l. acceptam, nu.* 11. *C. de uſuris, per l. fidejuſſor.* §. *ſi. ff. qui ſatisd. cog.*

Quæſtio CX.

Si mulier equum dederit in dotem, & maritus ſellam, vel frenum pro equo emat, ſolutò matrimonio poterit vir ne ipſe retinere, quid emit? Et poſſe ait *Caſt. in l. in his.* ¶. *ſervum uxoris. ff. ſolut. matr. n.* 3.

Quæſtio CXI.

An militibus ſtipendiarijs perdentibus equos & arma in bello, aliqua debeat fieri emendatio? Reſp. *Sal. in l. laborante.* ¶. *ſi conſervatis, nu.* 3. *ff. ad l. Rhodim* ade jactu. quod nulla: niſi cum eis aliud fuerit conventum, *per illum text.*

Quæſtio CXII.

An factor domini equum ad vecturam pro eundo rus petere poſſit? Reſpon. ſic, quando conditio perſonæ hoc exigit, nec ſecus. *glo. in l. idemq;.* ¶. *idem labeo. ff. mandati. quam refert Feli. in c. cauſam quæ. ſub. nu.* 17. de reſcriptis. Et an vecturæ repeti poſſent per uxorem? *Doc. in l. operæ enim ff. de operis, lib. ubi tex.* meminit de vectura.

Quæſtio CXIII.

Sciebat quis vitium equi, & neſciebat equitare, & aſcendit equum fero-

cem, quapropter ei quid deterius contingit, an sibi est imputandum? Respon. *Bal. in l. idem iure. ff. ad l. aquil. de quo Feli. in c. significasti. de homicidio*, sibi hoc imputandum esse.

Quæstio CXIV.

Quid si scienter quis deposuerit penes aliquem Equum morbosum, pro suo interesse, ne poterit sibi juramentum deferri in fide? Respon. *Plotus, in rep. l. si quando, C. unde vi. sub. num. 426. & nu. 566.* quod poterit. & subdit ibi, quod contra mandantem emi equum, mandatario potest etiam deferri similiter juramentum prædictum in litem, si executus fuerit mandatum, & equum emerit, quem postea mandans denegat accipere. *& inibi idem auctor, nu. 580.* ponit posse adhuc juramentum in litem adversus aliquem deferri, qui meum equum dolosè, vel meticulosè alienavit, & *inibi, nu. 699.* & quod occidens, vel vulnerans equos meos, boves, pecudes, & alia animalia, aut offendens, tenetur ad expensas curationis & eorum precium, ac ad damnum, intrinsecum, & extrinsecum, & lucrum cessans & ad interesse etiam cicatricum, & deformitatum, & ut per eum ibi fusius, *vide l. fin. ff. commo. & l. si id quod. ff. pro socio. & Thomam Gramm. deci. Neapoli, nu. 19. sub nu. 7. Cor. cons. 241. & seq. in 1. vol. Parisi. consi. 123. in 1. vol. per totum, & Boerium decisione ultima, & glo. in l. quod si servus. ff. de actio. empt.*

Quæstio CXV.

Equus ne diligit suum comparem? Respon. *in l. 1. ¶. per servum, ver. per unum. ff.* de acquirenda possessione, quod sic, qui si mutetur nescit ipse trahere jugum, & se non totum existimat, *c. horrendus, 32. q. v.* Asinus autem intumescit, si videt se apprehendi per comparem, extat tamen illud, Arserat aurigam cura rebellis equi. De agitatoribus autem equorum meminit *glo. ver. Agitatoris circa, l. Athletas. ff. de iis, qui no. infa.*

Quæstio CXVI.

Quæritur adhuc, aliquis promittit, equum, aut mulum, an uno mortuo extinguitur obligatio? Dic quod sic, nec tenetur aliter ad alium equum præstandum, vide *Hispanum, in tractatu communium opinionum, verb. debitor obligatus. sub nume. 9. pagi. 98. quod probat.*

Quæstio

Quæstio CXVII.

Quæro nunc de Equarum Socida? pro quo *vidi Decis. parlamenti Delfinatus q.* 888. Et ponit *Cassaneus, in consuetu. Burgun. q.* 195. ubi de socida animalium grossioris generis scribit, in hunc fermè modum. Nam aut inęstimata animalia grossioris generis, ut equę data sunt?' & tunc, aut nullum adest pactum inter socios de capitali, aut fructu, & in hoc sunt quędam jura extravagantia, *in lib. feudorum, in fi. x, colla. & in rub.* est consuetudo societatis jumentorum, in nigro verò est sic.

Si quis dederit jumenta jure societatis, ille, qui accepit, debet tenere per quinque annos, si nihil dictum est de tempore & omnes poledri debent esse communes, & id quod quæsierint tempore triturationis, & in capite quinque annorum separatur societas, & ille, qui dedit debet habere jumentum ante partem. sed si ille, qui accepit dedit, tertiam dicit glo. pręcii in emendo jumentum, tunc jumenta & omnia sunt partienda per medium. & si amiserit jumenta culpa sua, quia non bene custodierit, & corium ostendere non potuerit, vel caudam, tunc debet emendare. & non sufficit, quod ostendat corium, imo opus est, quod probet ea esse mortua, nec sufficeret probare, quod visum fuit unum jumentum in domo sua mortuum, nisi etiam probetur, quòd illud fuerat ei datum per dominum, aut socium, per ea quæ dicit *Joan. And. in c. auditus, de præscrip.* ubi dicit se practicasse in civitate Bononiæ, & obtinuisse contra quendam bidellum habentem ad vecturam pro eundo ad certum locum, & probavit per comitem itineris, quod equus, quem equitavit, naturaliter perierat. Nam dicit *And.* quod ex quo non probat, quòd fuerat idem equus quem conduxerat, quòd probare debeat per signa, quod talis probatio non erat sufficiens, prout eum sic refert *Alex. consi.* 118. *& seq. in* 1. *vol. & Ias. in l. eum qui.* §. *in popularibus, in pen. & ult. col. ff. de jureju. & in l. non hoc, in iii. col. C.* unde legitimi. ubi videtur impugnare velle *Joan. And.* sed tandem residet cum eo, & tenet *in l. ii. in fin. C. de bonorum posse. secundum tab. & vide etiam Fel. in c. cum Joan. in iii. col. extra de fide instrum.* Et ait etiam *Castrensis, in d. l. ita legatur.* §. *species. ubi & Bal.* quod non sufficit rusticis, ut pelles & coria domi-

nis

nis suis portent, ad probandum, bestias esse mortuas absque eorum culpa. *& vide Bal. in l. 3. C. de episcopali audien.* ubi de rustico, qui equum cum in pascuis habuisset, nocte quadam lupus comedit. & *lege dd. in l. si pascenda pecora. C. de pac. & Dec. in rep. l quòd te, col. ii. num. 9. ff. si cer. pet. & Alex. in consi. 158. in ii. vol.* Si verò aliàs sit æqua? debet arbitrio boni viri conveniri. & tunc quolibet divino & humano jure servanda est. Si iniqua, & tunc de jure civili, si obtenta fuisset per unum actum in contradictorio judicio servanda esset, ut *ait gloss. in l. 1. C.* quæ sit longa consuetudo? Dummodo tantam iniquitatem non contineat, quòd abusio & corruptela, potius quam consuetudo dici possit, ut habetur *in l. de quibus. C. de legibus, & in c. consuetudinis, extra de consuetu.* De jure autem divino, quo juris rigor civilis non attenditur, sed justitia & æquitas, *xiiii. q. iii. plerique.* tunc dicta consuetudo servanda non esset, imo ad restitutionem tenetur, qui ad damnum socii consentire vellet, cum non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. c. *peccatum, de regu. jur. in vi.* & potest vir bonus arbitrari, an æqua, vel iniqua sit consuetudo, considerato valore animalium communicatorum, & opera socii, & fructu eorum, & sic, quid plus ponat quàm alter, ut *dicit tex. in l. si non fuerit. ff. pro socio*, & inibi fusius per eundem *Cassaneum*, ad quem etiam in cęteris animalibus te remitto, *& vide l. repeti. ¶. fi. ff. quibus modis ususfru. amitta, & in l. id quod. ff. pro socio.* ubi de eo, qui equum habebat, & coivit societatem cum alio, qui tres alios habebat equos, ut quadrigam, venderet.

Quæstio CXVIII.

Rursus de forma instrumenti locationis equorum conficienda quæritur? Ponit *Petrus de Mussis, in notariatus formulari sub forma locationis. pag. cxv. & inibi pagi. cclxiiij.* ponit etiam formam instrumenti venditionis equi. Et no. quod ij roncinorum locatores, seu veterinarij mercatores dici possunt. *Panormita. c. i. col. pen. extra de judiciis.*

Quæstio CXIX.

Quænam debet esse forma libelli in actione commodati equi? Respond. est illa de qua *Ias. in. ¶. sequens. insti. de actio sub nume. 18. cum simi.*

Quæstio CXX.

Quomodo debet formari libellus in publiciana pro equo? Ponit *Hermanus in tractatu de formandis libellis.* ubi de publiciana agit, *Tomo.xviii.pag.ccxxxviii.*

Quæstio CXXI.

Quomodo formatur libellus in actione depositi contracta pro equo? Respon. *idem Barensis in d. tract. de forman. libel. libello.xliij.*

Quæstio CXXII.

Quomodo etiam formatur libellus in actione ex empto quanto minoris civili pro equo? Ponit idem *Hermanus in d. tracta. de forman. libellis ista actione. Et no.* quod si institor vendiderit alicui equum, quod propter compertum morbum redhibitus est domino institoris ab emptore, tunc donec institor est solvendo, non potest emptorem convenire actione ædilicia, ut ipsi reddat, quę occasione empti equi acquisivisset. Nam si quid tale apud emptorem est, potest convenire institorem actione mandati, & pro interesse petere, ut efficiat, quod illud, quod cum vendito equo acceperit emptor, restituatur, aut ipse cedat adversus equi emptorem, quęsitam per venditionem equi actionem.

Quæstio CXXIII.

Quæritur item qualiter formetur libellus in actione ex empto quanto minoris prætoria pro equo? Resp. *Hermanus idem in d. tracta. libello.xlix. & Petr. Jaco. in Praxi. Rofre. & cæteri ubi supra.*

Quæstio CXXIV.

Qualiter formatur libellus in actione redhibitoria in equo? Quęre *Hermanum ipsum ubi supra.*

Quæstio CXXV.

Qualiter autem formabitur libellus in actione furti manifesti in equo, item, in actione furti nec manifesti? Respon. idem *Hermanus libello. liii. & seq, usque ad nume. 58. ubi & de libello accusatorio super furto equi subtracti. Et de duello etiam propter equum raptum*, ad quem omnino te remitto.

Quæstio CXXVI.

Commodavit utique quis equum ei, qui nec benè nec compe-

nter equitare ſciebat, an ſi per illius equitationem equus læſionem ſive deteriorationem ſit paſſus, teneatur commodatarius? Reſpond. *Bald. in l. quod Nerva ff. depoſiti.* Quòd ſi in equitando extra ſuam diligentiam, culpam non commiſit, ſed ex ſua neſcientia hoc procedit, ut in ſcholaſticis multotiens evenit, tunc ipſe non tenetur & imputet ſibi, qui ei commodavit; ſecus ſi culpam in eo, in quo potuit eſſe diligens, commiſit, ut eum non paſcendo, vel eum vagum laſſando, vel adventum ligatum calidum retinendo equum, vel in loco non tuto relinquendo, vel ipſum currere faciendo, neceſſitate non imminente, quia his caſibus teneretur, licèt leviſſimam culpam commiſerit ſecundùm naturam commodati. In eo autem quod dicit, quod ex læſione ſuæ equitaturæ non tenetur, arguit *Sal. ex. ¶. at is qui utendum. Inſtitu. quibus mo. re contrahitur obligatio?* Solvit autem quod ibi in cuſtodia & diligentia, quam non tantum per ſe, ſed etiam per alium adhibere poteſt, *in caſu autem Bal. loquitur in equitatura ſua perſona,* quam per alium adimplere non poteſt, ſed tantùm per ſe, ideo ſui ipſius tantum diligentia, quam habet in equitando conſideratur.

Quæſtio CXXVII.

Quæritur denuo, quibus utendi curſus publici facultas conceſſa videatur? Reſpon. *tex. in l. his tantummodo. C. de curſu publico li. xij. ſcilicet.* qui legati diverſis gentibus ad noſtram clementiam properare feſtinant. Et vide omnino illum titulum ubi & alia. Et ibi *Lucas de penna ubi in l. quoniam. eod. titu. notat illud*, quod inquit tibi textus. quod ſcilicet ſella in fuſtra ceditur.

Quæſtio CXXVIII.

Poſtremò etiam quæro, an liceat Principi aliquo in templo Domini facere ſtabulari equos ſuos? Reſpon. *Archiepiſcopus Florentinus in ejus ſumma. lib. iii. ſub titulo de veneratione Eccleſiarum in ſi.* non licere prorſus. Et ideò, omnes illi, qui irreverentiam, vel injuriam fecerunt Eccleſiis, quod malè fortunati fuerunt, ut patet de Heliodoro, ſecundo Machabeorum tertio, de Antiocho, ſecundo Machabeorum quinto, de Pompeio Magno, qui poſtquam in templo Dei Jeroſolymis equos ſuos ſtabulari fecit (ut inquit Oroſius) ſemper poſtea in præliis devictus fuit, ubi prius victorioſus fuerat. Idem quoque eſt in

 baſili-

basilica *l. basilicam. C. de operibus publicis.* Et pro coronide etiam not. quod quando milites stant supra ripas fluminis herba virenti, nullus in loco illo se balneare debet, nec etiam equos sudatos lavare, *glo. ibi no. ver. sudorem, in l. cum supra. C. de re mil.* legem illam, quam dicit curialem contra eos, qui more bestiarum se inverecundè balneant in navigio, & quæ plus ultra prosequitur *gloss. ibi.*

Hactenus quidem de equo ipso, à quo olim Hippolytus Thesei & Hippolytæ Amazonis filius Virbius dictus fuit, cujus etiam infelicis nominis sum ego inauspicatus Hippolytus Bonacossa Jurisconsultus Ferrariensis, equum Sejanum fortè fortuna ducens.

FINIS.



HIP-

HIPPOLYTI BONACOSSÆ U. I. D. Ferrarienſis.

IN MATERIA EQUORUM TRACTATUS.

PARS SECUNDA.

Cum nulli nato poſt mille ſecula præcludatur occaſio, aliquid adhuc addendi, (ut ait Seneca, In Epiſtolis.) Epiſtola LXV. *Operę precium eſſe duximus prioribus noſtris in materia equorum quæſtionibus, & has addere, facientes, ut Calones in Caſtris ſolent. boni igitur conſule Lector.*

Quæſtio CXXIX.

An dentes Equorum aliquam habent efficaciam? Reſpon. *Tiraq.in ſuo, de Jure Primigeniorum, In Præfa.num.*52. Equorum (inquit) dentes qui primi cadunt, facilem præſtant dentionem Infantibus adalligati. Efficacius licet, ſi terram non attingunt.

Quæſtio CXXX.

Quid ſi Equus volvit ſe in aquis, & deſtruuntur conductoris veſtes. Tenebitur ne locator ad Intereſſe, & damnum? Et teneri exiſtimat *Ange. de clava. In ejus Summa. ver. locatio. ſub. nume.*24. *Et no.* quod qui neſcit equitare, teneat ſe ad Arzonem. ut dicit *Saly. de quo Ale. Coſi.* 74 *nu.*20. *in* 4. *vol.*

Quæſtio CXXXI.

Quis aperuit Ciſternam, vel puteum, & Equus meus in eo cecidit & mortuus eſt. An mihi tenebitur? Vide *glo. & Docto. in cap. ii. & fi. per illum tex. extra de Injuriis & damno dato. Et Reſp. Vitallinus in ſuo Opere Maleficiorum, Titulo de Damno dato nume.*25. Tenetur enim emendare damnum, & operas. Secus autem, ſi in ſuo privato fecit, ubi eſt conſuetum fieri. *d. cap. ii. l. qui foveas. ff. ad l. Aquil.* Et hoc eſt verum ſecundum ipſum. Si non denunciavit, quod fecit, A liàs ſecus.

Quæ-

Quæstio CXXXII.

Est ne Equus dividuus, vel individuus? Respon. *Bar. In.l.ubi.ff.de condi.* ob turpem causam quod est dividuus, sicut cæteræ species. Possumus enim habere partem dimidiam Equi, tertiamve, aut quartam.

Quæstio CXXXIII.

Superius, *in prioribus.qq.Quæstio.xviii.* habetur. Quòd Locator Locans Equum æstimatum, faciat in conductorem transire periculum. ut *per Bar. Bal.& alios.* ibi citatos. Et quod de Levissima culpa tenebitur? Sed quomodo hoc practicabitur? Respon. *Bar. in l.ea igitur. ff.de pigno. ac ubi tradit Pract.* probandi levem, vel levissimam culpam. Illa autem est levissima culpa, quæ summam diligentiam potest imitari. *Angel.in.l.sint certò.* ¶*.Hanc videndum.col.2.ff.commo.*

Quæstio CXXXIV.

Equus ne connumeratur inter bestias grossas? Resp. B*ar. in l.ij. ff.de Abigeis.in fi.quod sic.*

Quæstio CXXXV.

Quis vult Equum redhibere morbosum. An prius offerre debeat omne, quod ex Equo illo percepit? Respon. *Ange.de Aretio.In* ¶*. Prætorum. Instituta.de Iure naturali.nume.1.his scilicet verbis.* Qui vult redhibere Equum morbosum, quem emit, necesse est, ut, primò offerat omne id, quòd fructus, & lucri, ac commoditatis causa interim ex Equo ipso percepit; aliàs in dicta redhibitione obtinere non potest. *ut.l.Ædiles.* ¶*.fin.& ibi no.ff.de Edili.Edic.* Et etiam si Emptor aliquid solverit pro medicinis. vel alio modo, potest à venditore etiam recuperare. *ut est casus.in l.i.*¶.qui potest.eo. *Titu.* Et ideo introducta est actio quanto minoris, hoc est pro quanto minus emissem, vel communiter emptum fuisset, si sciretur illud vitium *ut l.sciendum.* ¶*.fi.ff. de Ædili.Edic.hac ille. Vide tu. Joan. Copi. In Tracta. de Fructibus.legatorum.&c. ca. 4. sub nume. 5.*

Quæstio CXXXVI.

Conduxit quis Equum, ut iret ad Patriam certo in singulos dies precio dando. An tenebitur majus dare in redeundo precium? Respon. *Pet. Rebuffum. post alios, In Tract. de Privile. Schola. Privi. cli.T.v.*

quod

quod non. Nam idem est labor in redeundo, quòd & in eundo, & sic idem debet esse præmium *l. Scio. ff. de Annuis lega.*

Quæstio. CXXXVII.

Combustę sunt Capannæ, ubi Equæ in nocte morabantur, cum custodibus. An custos earum tenebitur? Respon. *Corne. prout in Consi. suo. cclij. in i. vol. Ubi & Actuarium. Et ibi etiam Respond. in casu.* quod Custos fuisset minor.

Quæstio CXXXVIII.

Emptor Equi non solvit precium. Quid erit agendum? Respon. *Pau. de Cast. in l. si donationis. C. de Contrahen. empt.* Potest venditor ipsius Equi in continenti offerre Equum, & implorare judicis officium: & tunc, etiam quod esset forensis Emptor Equi, & tanquam viator, sortitur forum ibi. ut possit scilicet compelli ad solvendum, vel Equum restituendum. *ut. no. in l. hæres absens. ¶. i. ff. de judi. & in capit. romana. de foro compe. supra. q. xlviij.*

Quæstio CXXXIX.

Fur quispiam Equum mihi furto subtraxit, & suis expensis retinuit. Ego eum recupero, ille vult ut sibi expensas reficiam. An tenear? Respon. *Bal. in l. Ex argento. ff. de condi. furti.* quod non. Nam furi nulla prorsus expensarum datur retentio.

Quæstio CXL.

Possidebas tu quidem Equum meum, sed bladum non habebas, fecisti semel ducere ad montem, ut pasceretur, Ego cognosco Equum quòd est meus, & solivagum reduco. An tenear? Respon. quod non. Si credidi Equum ipsum à nemine possideri, Aliàs tenerer conditione *l. si quis in tantum C. unde vi. Bal. in ea. nu. 27. vide supra q. vi.*

Quæstio CXLI.

Quidam accepit Equum meum experiendum, & postea alteri locavit. An id rectè egisse censetur? Vel furti tenebitur? Respon. *Bald. in l. si quis ¶. si quem quæstum. ff. commo.* locare potuisse, nec furti aliter actione teneri.

Quæstio CXLII.

An Expensæ lite pendente factæ, in curando Equum peti possint.

ſint. Etiam, quod in libello petitæ non fuerint? Reſpon. *Frideri. de Senis in q. ſeu Conſi. cxxxix. quod ſic.*

Quæſtio CXLIII.

Pro parvis vitijs ne in Equo dabitur redhibitoria? Reſpon. *Tiraquell. in ſuo. De judicio in rebus exiguis. p. 33. ver. decimo eſt textus poſt Bal. in l. ſi prædium verſi.* quæro pro quibus rebus *col. i. C. de Edili. actio. quod non.* parvum. n vitium non nocet. *ut in c. Thomas*, de corpore vitiatis, *& l. cui dent ff. de Edili. edictio. Corſetus in Tracta*, *de Minimus in 2. parte nume. 22.*

Quæſtio CXLIV.

Quæritur, ſuperioribus qq. fit mentio de Equo Admiſſario, Quid eſt Equus Admiſſarius? Poſtula *Budeum. In poſterioribus annotat. In prin. pagi. 7. Equus* (inquit Admiſſarius) eſt Equus ad initium electus, ut Aſinus, vel Taurus. Illud obiter ſcias, quod Taurus, quantuncunque ferus, ſi alligetur ficui manſueſcit, (ut inquit Iſidorus) in lib. Etymologiarum, de quo meminit *Archiepiſcopus Floren. In ejus ſumma. Titulo 31. capit. 2. de medio ſalutis noſtræ. parte.* 4. ¶. 4. ò maxima ficus potentia. Iux. illud. *Regna regunt ficus &c. vide Virgilium. li. Georgi. iij. ubi de Equo ſene.* Frigidus in venerem ſenior. &c. &. ibi docet Vergilius, Equos à venere arcendos eſſe.

Quæſtio CXLV.

Qui ſint Agminales Equi? Docet *Budeus in poſterioribus Anno. pagi.* 267. Eos enim agminales Equos intelligit qui agmen exercitus ſequuntur, ad convehenda, ſcilicet impedimenta.

Quæſtio CXLVI.

Qui verò veternarij ſunt? Tradit idem, qui ſupra, *Budeus.* In *poſterioribusquoque annot. pagi.* 275. veterinarij ſunt (inquit) jumentorum, veterinorumq́ue curatores & Medici, qui idem ipſi ſoleas, ideſt ferreas crepidas Equis affigunt.

Quæſtio CXLVII.

Quid ſit autem Hippodromus? ex *Budeo perpendes. in l. pen. ff. de Actio, empt.* eſt autem Hippodromus (teſte ipſo Budeo.) Equorum curriculum, in quo de pernicitate certatur, citra ſimulacrum pugnæ. Quemadmodum & Catadromon ſtadium dicitur, in quo Equites decurrere ſole-

ſolebant, immaginario ſcilicet precio. Principe ſpectante. Licias vocant. Sic & Hippotrophium, locum Equitio alendo deſtinatum dicit idem *auctor libr. de Aſſe. iiij. pagi. mihi* 475. Equiſones autem, Equorum domitores eſſe autumat. Tolerare etiam eſt ſuſtentare, novus ſanè loquendi modus. unde Cæſar Equos tolerari, cætera jumenra interijſſe dicit *d. m. Alciat in l. Cenſoria. ad fi. ff. de verb. ſigni.* Idem quoque de grege dominico, *lib. xi. C.* Equuos palmatos eoſdem ferè eſſe, quos vulgo bajos vocamus, exiſtimat, vel quibus utebantur Aurigæ in circa, à palma, Ibi fuſius proſequitur, ad quem pro brevitate te remitto, Et ibi de curſu publico etiam meminit. Nam per diſpoſitos locos provinciarum habebant Imperatores quoſdam Equos, qui ſumptu publico alebantur, ut quotiens repentinum aliquod accidiſſet, mutatione Equorum citiſsimè, quò vellet Jmperator poſſet mittere, quemcumque nuncium. vulgus *poſtas* vocat. *ibi fuſius d. m. etiam in Ru. C. de Curſu publ. lib. xii. & Egendorphi. in l. ij. ff. de in Jus vocan. verbo.* Nec eum, quo Eqno publico, &c. ubi benè. vide *etiam Virgilium lib. 3. Georgi.* ubi Equitandi auctores 1. *Lapithas canit*, ibi Frena Peletronij Lapithæ, gyroſque dedere 2. impoſiti dorſo, atque equitem docuere ſub armis, 3. inſultare ſolo, & greſſus glomerare ſuperbos &c.

Quæſtio CXLVIII.

Equus commodatus tumultu perit. An teneatur commodatarius? Reſpon. *Monta. in. l. contractus. ¶ Animalium. ff. de Re. ſu. Contrac.* itaque caſus *fortuitos non recipi jur. eſt. vide etiam Corn. In Con. xxviij In* 3. ubi quando Cuſtos teneatur de caſu fortuito? Et *idem conſ. cviij. in i. Alex. con. clviij. in i. vol.* niſi conductor equi fuiſſet in mora reſtituendi, quia tunc damna etiam fortuito pręſtarentur. Idem *Monta. ibi in fi. & Cagn.* in ea, Vide *Plotum. in. l. ſi. quando. num.* 550. *C. unde vi.*

Quæſtio CXLIX.

Quis Equum dato precio conduxit. An de leviſſima quoq; tenebitur culpa? Reſpon. *Mota. in d. l. contractus. ff. de reg. jur.* quod ſic, quam diligentiſsimè illum cuſtodire tenetur, & culpam hunc præſtare. *l. ſi. merces. ¶. qui. columnam ff. loca. & l. legem. C. eo. & ¶. qui pro uſu. inſti. eod.*

Quæstio CL.

Quid si nulla Socij culpa pereat equus. An teneatur Socius? Respond. Monta, *in.d.l.contrac.*¶.*dolum.ff.de re.ju.quod non tenetur.* Ideoquè pro socio actione dimidiam damni partem alter agnoscet. Aliàs autem de dolo & culpa tenetur. Societas siquidem dolum & culpam recipit. Vide ibi etiam Cagno. *nu.* 89.

Quæstio CLI.

Equus ex Sponsione apud sequestrum positus est. An id rectè? Respond. rectè. Orta fuit semel inter Lotarium & Azonem contentio, tempore, quod Henricus Imperator. vi. Germanorum Rex Bon. accessit. Lota. siquidem meri imperii jus tantum habere principem existimans. Azo & cæteris quoque Magistratibus proprium esse contendebat. Uterque eorum in Sponsione Equum in Sequestrum posuerũt, & Regem adierunt, qui pro Lota. pronunciavit. Verum Azonis sententia per scribentes recepta tantum fuit. usq́ue quò d. m. Alc. Parado. *lib.* 2.*c.vi.* Istorum opiniones conciliaverit. Meri namque Imperii jus soli Principi competere ait, ejus aut exercitium, & cæteris Magistratib. ordinariis cõmunicari. Vide Joan. Quinti. *In Aristocratia.* Ubi de Regis Imperio agit. *col.* 2. & per Monta. *in.l.Nemo ponunt gladii.ff.de re jur.* & Marium *in l.quæcunq́.. ff. de offi. ejus* cum simil. sicq́ue ex æquo Azo amisit Equum.

Quæstio CLII.

Equus fuit commodatus, & deterior effectus, tempore quo fuit redditus, absque tamen cõmodatarii culpa, an tenebitur? Et non teneri ait Cogno. *in l.contrac. n.*40. *ff. commo.* Quia usus fuit Equo ad usum, pro quo fuit commodatus, de qua re etiam Fely. *in c.auditis.col. xvi. de præscrip.*

Quæstio CLIII.

Equus furto subtractus, reperitur penes aliquem, qui ob id fuit incarceratus. An ex hoc solo resultat sufficiens indicium ad torturam? Resp. *Bar. quod sic. in l.fi.col.pen.ff. de quæstio.* cum simi. ut per Marsil. *In Prac. crimi. in* ¶. *diligenter. nu.* 91. *& singu.* 392. *Incip.* Advertas ad unum. Nisi ipse doceat, à quo Equum habuerit? D. Machellus *spectatæ fidei jurisc. moder. Bononien. Patrocinio. xlvi. nu.* 12. ubi defendit nihilominus

ominus quendam, penes quem Equus repertus fuerat, eò, quia furtum prius probandum erat. Nec habet locum ſuperius dictum. quando res furto ſubtracta, reperitur penes hominem bonæ vitæ. Marſi. *d. ſingu.* 392.

Quæſtio CLIV.

An Equus præſumat illius, cujus eſt ſignum? Reſp. quod ſic. Reſtau. Caſtal. *In tract. de Impera. q. lxxxix. Tomo.* v. Fuſius per Stracham. *in trac. de Mercatura. in* 2. *par. nu.* 73. *pag.* 47. Et ideo ſi quis agit pro Equo mercato *marco* gregis ſui, ſeu armenti ſui, licèt non probet dominium ejuſdem equi ipſius eſſe, ſufficit tamen probare, quod illo ſuo marco mercatus ſic reperitur. Idem Stracha. *ibi n.* 49. quod probat plenè. Sed hoc non habet pro conſtanti. quicquid Lucas de penna in contrarium pedibus eat. Vide Bal. *in Prac. crimi. ubi de ſtatutis* ... & aliàs dixi. *In meo trac. de argument*, in argumento à ſigno univerſali.

Quæſtio CLV.

Quid ſi ex pari equorum, vel equarum alterum quis occiderit. Ad quid tenebitur? Reſpon. Mon. *in.* ¶. *fi. inſti. ad l. Aquiliam.* Si ex pari equorum (inquit) quis occiderit, non illud modò damnum, quod perempti corporis eſt ęſtimari, ſed eò amplius quicquid perempto corpore damni patimur, puta ob vecturas, quas interim negligere oportet. Nam quod ejus noſtra intereſt, venit ſarciendum. non ſecus atque ſi ex quadrigis (hoc eſt ſecundum Columellam) ſi quis quadrigam ducentibus, unus aut alter fuerit peremptus. Siquidem Equis, & Mulis ſimul junctis vehicula duci conſueverant teſte. M. Varrone. ubi de grege Mulorum loquitur. Et nos experientia certiores auribus oculos arbitros reddit. Virgilius *li.* 3. *Georg.* Martis equi biuges, & magni currus Achillis.

Quæſtio CLVI.

Quis habet equum album. an ſit animo quietus? Reſp. Neviza. *in ſylva nup. lib.* 2. *ſub num.* 85. *in par. vis. pagi.* 176. his ſcilicet verbis. *Chi ha caual bianco e bella moglie re, non è mai ſenza penſiere.* Idem *ibi num.* 88 *ſub lit.* calcina vende muro, *biaua vende cauallo, & biaca vende cul*... *Et ibi n.* 89. *ponit.* Quòd in emendis equis phaleras non curamus,

mus, nec consideramus, & ornatissimæ cervicis divitias, sed solum corpus ejus & animam intuemur, illa tamen, quæ ostenduntur, veniunt vendito equo. Ange. *in l. cum qui.* ¶. *non solum. ff. de furtis. & est superius. q. xxiiij.* repetitum. Sed solum corpus non intuebatur ille rusticus de quo Archiepiscopus. Floren. *in ejus summma. parte* 1. *tit. de æstimativa.* ¶. 3. *in fi. pag.* 8. ubi refert unum, quod in legenda beati Bernardi habetur. conquerebatur, semel beatus. Bernardus cum quodam rustico in itinere de tanta distractione mentis, ut unum Pater noster dicere non valeret, sine alia cogitatione. Asseruit rusticus se hoc facere posse, cui Bernardus mulam, cui insidebat, si hoc agere posset, promisit? quod cum ille attentaret, in medio ejus ocurrit sibi cogitatio de sella.

Quæstio CLVII.

Quis scienter, & dolo malo apud aliquem deposuit equum vitiosum, an tenebitur? Respond. *Plotus in repeti. l. si quando num.* 426. *C. unde vi. quod, sic.* tenebitur enim de omni damno & interesse, quod inde oriri poterit, supra repetita. *q. cxiij. & no.* quod vitium personæ est, quod est naturale, & irremediabile, ut cæcitas, surditas, & similia, illa verò, quæ non sunt naturalia, sed accidentalia, & potest adversus ea reparari, propriè non dicuntur vitia, sed morbus, seu morbi *l. i.* ¶. sed sciendum. *ff. de ædili. edic. ita. Pau. de cast. in l. fluminum. ff. de damno. infecto.* ¶. *vitium nu.* 2. *vide. Plotum in l. si quando nume.* 331. *C. unde vi. p.* 154.

Quæstio CLVIII.

Emit quis equum me mandante, & postea nolo accipere, quid juris? vide Plotum *in d. repeti. l. si quando. nu.* 566. *C. unde vi.* ubi dicit, quod sum in dolo. & fidem rumpere dicor. Et cumpetit actio mandati contraria mandatario contra mandantem, ut rem emptam accipiat. *tex. & Docto. in l.* si verò non remunerandi. ¶. *si mihi mandaveris. ff. man.* Et sic poterit contra ipsum mandantem jurari in litem per mandatarium, super ejus interesse in ipsa actione contraria, vide *inibi. Plotum.*

Quæstio CLIX.

Occidit quis mihi equum, an teneatur ad expensas curationis, & ipsius precij ad damnum intrinsecum, & extrinsecum & lucrum cessans,

ſans, & ad æſtimationem operarum amiſſarum, ac amittendarum, & ad intereſſe etiam cicatricum & deformitatum? Vide Plotum. *in d. Repet. l. fi. quum C. unde vi nu* 699. ubi dicit quod ſic & poteſt in eum jurari in litem per damnum paſſum, & ibi latiſſimè Plotus. *ſupra quæſt. lxviij*

Quæſtio CLX.

An quis arctari poſſit ad commodandum equum reipublicæ ad aliquam angariam, vel per angariam? Reſpon. *gloſ. in l. i. ut operæ à colla, non exi. per illum text. quod non.* de qua ad rem *Ripa in tract. de peſte. p.* 39. *in vi. ſub num.* 104. vide tamen per eundem ibi, *nu.* 108. ubi allegat. *l. fi. ¶. fi. ff. de pigno. ac.* per quam dicunt ibi *Guil de Cune. Alber. de Roſa. & Bar.* quod civis poteſt cogi commodare ſuum ronzinum vel Aſinum pro conducendo falſarium mitriatum per civitatem ad cauſam ipſius ronzini. Criminaliſtæ locis ſuis. Et no. quod reſpublica, ſeu princeps tenetur ſolvere precium Equi accepti pro traxinando hominem ad juſtitiam. debet ſimiliter reſpublica, aut princeps ſolvere domino bonum precium ad id acceptorum. quia dicti boves de cætero non arabunt, vel ſi arabunt, terra non germinabit fructum, ſecundùm pari de Puteo *in tracta. Syndi. verb. captura. verſi. An ſi officiales*?

Quæſtio CLXI.

Sed an teneantur ruſtici gratis commodare Equos & Boves iſtis Aariſelis & ſimilibus? Reſpon. Ripa. *in de trac de peſte du.* 187. *p.* 44. *quod non per tex. in l. comperimus. C. de curſu pub. lib xii.* Ne ipſis alimenta præſtare tenetur, ut ibi latius etiam per Docto.

Quæſtio CLXII.

Conductor Equi in dorſo, ſeu vulgo in gropa ſuperinduxit ſocium, vel amicum, & ob id effectus fuit deterior, an tenebitur? Reſpon. *Bar. in l. unica. C. nè. quia oneri publico impo. de quo ita Ripa. in d. tracta. de peſte. p.* 51. *ſub num.* 267. itidem ſi poſuit valiſiam, vel quodlibet aliud. ut per ipſum *Bar ibi & eſt.* repetitum ſuperius. *q. xc. vide & adde ibi Bald in l. qui inſulam. ff. loca. & Pariſium. Conſi. cxxiij. in i.*

in i.vol.ad finem Consilij. Et ut scias Sarcinarij dicuntur isti equi, quibus imponuntur valisiæ, & simi. prout eos ita nuncupat Budeus. *lib. de Asse. v. p.* 547. & *ibi etiam pagi.*560. ubi & de jugalibus quoque equis meminit.

Quæstio CLXIII.

Commodavit quispiam equum amico, qui eo inscio frumento eundem oneravit, & cum exportaret extra devetum, fuit confiscatus dictus equus an commodator habebit regressum contra ipsum exportantem? rñ. *quod sic. argu.l.fi.in fi. & quod ibi no. fr.de pigno.actio.& l.ii.C.de noxa. Ripa.in tract.de peste.p.*58.*sub num.*362. Quod procedere existimat, si hoc ignorabat dominus ipsius equi. Et si fortè commodatarius non esset solvendo, fortasse danda erit domino ignoranti restitutio in integrum, ex clausula generali. Si qua mihi justa causa esse videbitur. *Ripa ibi, num.*363. quod probat. Et in dubio præsumitur ignorantia. *regula. Præsumitur. de regu. ju. in vi. ubi Dyn. & alii.* & ibi etiam per communem præceptorem nostrum. *dom.Jac. Cagnazinum*, concivem nunquam sine magna præfatione memorandum. Vel stabitur juraméto domini, ut per Ripam ibi, quod probat. Quemadmodum etiam statur juraměto ignorantis vitium equi, ut per *Calephatum inter consilia crimi.consil.suo. xci.in* 2.*vol.nu.*3. Quid si duobus Equus fuit commodatus, & ob id etiam confiscatus & amissus? ponit ibi *Ripa num.*366. Vide Montanum. *in l.in contrahenda.ff.de regu.jur.* Ubi etiam dicit, quòd Vectigal. vel passagium solvere tenetur locator. *l.cum plures.¶.vehiculum.ff.locati.& l.veteribus.ff.de pactis.& supra dictum est. q. xlv.*

Quæstio CLXIV.

Famulus dimisit equum in pascuis, quem lupus comedit, vel fures abegerunt. an tenebitur ad æstimationem? *Resp. Bal.in l.nemo deinceps.ad fi.C.de Episcopa. audien.teneri.* Nisi adesset consuetudo loci dimittendi equos in pascuis sine custodia. refert eum sic *Ripa. in d. tract.de peste.p.lxx.sub nume.*522. *& Vitallinus.in suo opere Malefi. titulo. de damno dato. nu.*69.*pagi.*100.*Cæpolla.consi.crim.xiii.sub nu.*26.

Quæstio CLXV.

Habebam equum, quem tenebam in pascuis cum non haberem,

quid

quid dare sibi comedere. Tu requisivisti me, ut tibi commodarem istum equum annui, & tibi dixi: eas ad pascua, & inde recipias: completo usu eundem ibi reponis me ignorante, & ibi dimittis, supervenerunt latrones, & equum ipsum furati sunt, vel lupus occidit, an teneris? Respondes nullatenus te teneri, quia dimisisti sicut tu recepisti in pascuis, et sicut eram solitus dimittere ego dominus equi, an eris excusatus, ut non tenearis emendare mihi damnum? Respond. *Pau de cast. in l. si negocia. nu. 3. ff. de nego.* gestis. quòd ille text. videtur facere à contrario sensu, quòd non tenearis de casu, quia fecisti, quòd facere consuevi ego dominus de equo ipso, & hoc etiam tenet *Petrus. & Cinus. in l. nemo. Cod. de Episcopa. audien.* Contrarium videtur tenere Specula. *in titu. de Loca.* ¶. *postquam. ver.* Quòd si locavi tibi Boves, dicens, quod commodatarius tenetur de culpa levissima & quamvis culpa mea dimittentis in pascuis sine custodia, non sit punienda, est tamen reprehendenda: in commodatario tamen, non solum est reprehendenda, sed punienda *l. si. constante* ¶ *Maritus. ff. solu. matri.* Debuit enim consignare commodanti. Et hæc opinio rationabilior videtur, inquit *Pa de Cast. ibi.* Adde & vide supradictis. *Dec. & Cagno. in. l. contractus. num, 29. & nume. 92. ff. de reg. ju. & l. si. ff. commo. & Abb. in c. auditu. col. 9. præscrip. ver.* quidam libellus. ubi *etiam Fely. ver. & in quantum, nu. 28. & Alexa. in Consil. 137. nume. 4. in vii. vol. & Consi. 217. num. 3. & Consi. 183.*

Quæstio CLXVI.

Quid si Equus conductus à Medico sibi derobeter in tinere. an ei ad precium competat actio contra infirmum? Respond. *Fely. in c. i. de libellis obla,* quod non. *allegat Bal. in l. nihil ff. de rei vendi. de quo Ripa, in Tracta. de peste. sub nu. 180. p. 82.* ubi tamen dicit se non reperiisse Bal. ibi hoc dicere.

Quæstio CLXVII.

Quid si Equus venditus in continenti post venditionem sit mortuus, eò quia fortè comedit herbas venenosas, vel quia nimia itineratione oppressus fuit. an tenebitur venditor? Respon. *Alex. in l. si quis cum aliter sol. si num. 24. ff de verbo. obliga.* quod non. Nam licèt etiam infra triduum fuerit mortuus, si tamen à peritis in arte deponatur, & judicetur

cetur mortuus, eò quia comedit herbas veneno infectas. *jux l. semel C. de re milit. lib. x. non dent ad aliquid teneri.* Ita. *Alex* refert & sequitur *Rips, in Tracta. de Peste. in ultima parte p. 83. num. 186. vide etiam Bal. in l. i. col. pen. C. de Edili. Actio. & Agne. de Aretio. in ¶. in duplum. num. 10. Inst.. de actio. & Marsil. in l. statu liber. num. 16. ff. de qq.* Et an & quando quis præsumatur mortuus ex morbo præcedente? *Alex. ubi supra.*, & morbo & fusius per *Petr. Rebuffi. in praxi beneficiaria. parte iij. p. 296. in glo. xi.* Et istud dent probari per asserentem Equum, scilicet mortuum propter herbam malam, vel propter mala medicamenta. *Bal. in usibus feudorum. ¶. Item qui dominum, quæ fuit prima causa beneficij amitendi.*

Quæstio CLXVIII.

Quis habet suum pātrimonium totum, vel in parte in Equis, vel Equabus, & alijs quoq; animalibus. an compelli possit ad præstationem munerum patrimoniorum? Respond. *Thomas, in ejus Tracta. de Collectis*, Distinguendo, ut per eum ibi fusius. Breviter tamen. Aut sunt equi domiti ad inserviendum culturæ, & sic tanquam instrumenta sunt fundi instructi? Et tunc non tenetur dominus. aut sunt principaliter acquisita, ut ex ipsis principaliter fructus capiat. Et ea dominus ultra modum suorum prædiorum tenet, & fortè etiam nutrit super pascuis publicis? Tunc separatim dominus habet solvere, & muneribus prægravari potest.

Quæstio CLXIX.

An pars equi sit ipse Equus? Respond. quod non secundùm *Aristote. de natura. animalium, in prin.* sunt enim res dissimilares pars equi, pars faciei, quemadmodum etiam is, qui lectionem commodavit si partem petat, non rectè agit. *l. in commodato ¶. duobus. ff. commo.* quia pars lecticæ non est lectica, non petit igitur, quod commodavit. ita *Vaconius. declarationum juris parte iij. decl. cxc. p. 235.*

Quæstio CLXX.

Mandavi tibi, ut equum pro me emptitares, tu dixisti da mihi pecuniam, ego non dedi tibi tam cito. unde tu emisti pro te, & tuo nomine

mine, quid juris? Respond. *Bar. in l. iiij. ¶. quæri potest. ff mandati per illum text.* quod lex præsumit emptum esse de mea pecunia, ex quo, à principio ita inter nos fuit actum, quòd non inquit *Bar.* contra fraudes quæ fiunt tota die. *Ias. in ¶. sequens nu. 53. insti. de actionibus.*

Quæstio CLXXI.

Quidam in domo mea reposuit equum & non apparet me suscepisse custodiam, an tenebor depositi, si furto fuit subtractus? Respon: *Ias. in ¶. sequens. numer. 30. Insti. de actionibus.* quod non, ut per eum ibi pulcherrimè.

Quæstio CLXXII.

Conductor equi ad vecturam, dicit equum mortuum esse in via, seu in itinere, divino Judicio, & probat equum, quem equitavit in itinere, mortuum esse divino Judicio: an liberabitur? Respond. *Ioan. And. in capitu. auditis. de præscrip.* quod non: quia necesse erat probare de identitate mortis equi commodati. sequitur *Alex. in consi. xxxiij. incip. viso themate. col. 2. vol. 2. de quo Marsi. in practi. crimi. in ¶. Et quia nume. 14. Et Alex. consi. cxij. num. 12. in vj. vol.*

Quæstio CLXXIII.

Quid si Equus contra voluntatem domini deviat, & portat res, quas habet super dorso in devetum: an puniatur? Respond. *Ange. in l. fi. ¶ si proxter. ff. de publica.* quod non, prout eum si refert. *Marsi. in ¶. præterea. nume. 34. ff. de quæstio p. 23. vide Bossium. in practica crimi. titulo de fraudantibus vectigalia. num. 9.*

Quæstio CLXXIV.

Dictum est supra in *q. xxxviij.* quod si equum venalem ornavi ultra quam fuerim consuetus. quem postea venditi inornatum quod possunt consequi ornamenta. &c, Infra quantum tempus datur repetitio? Respond infra duos dies, quod si postea petit emptor, non habebit *l. Ediles. §. vendidi la. 2. ff. de Edi. edic.* Et sic post duos dies ipse emptor nullam poterit opponere exceptionem *Dynus in Tracta. præscrip. in præscriptione duorum dierum.* Vide tamen *Ias. in l. de quibus. num. 87. ff. de legibus.*

Quæstio CLXXV.

Quis vult occidere ejus equum, qui est utilis. an sibi permittatur? Respond. *Belusius. in Practica crimi in Rub. de Quæstionibus. &c. nume.*

150.*quod non per text.in l.ij.ff.de iis.qui sunt sui vel alie.jur.&.Institu.eo* ¶.pen.*cum ibi not.super. ver. malè utatur.* Expedit enim Reipublicæ. (inquit Cæsar.)nè quis re sua malè utatur.

Quæstio CLXXVI.

Commodavi cuidam Equum, & ille invadens inimicos, fuit cum equo interfectus. an ipsius hæredes ad damnum emendandum tenebuntur? Respon. *Beluisius.in Prac. crimina. Titulo.de Quæstionibus. &c. nu.* 220. quod sic.quia fuit in culpa, cum primò invasit. Nam ubi culpa præcessit casum, non excusatur quis, *ff.commo.l.si ut certo.*¶.*commodatum.com simi. ut ibi fusius. & reperit. hoc. num.* 229.

Quæstio CLXXVII.

Vasallus amisit Equum in guerra. an Dominus, qui fecit eum ire, teneatur emendare sibi damnum? Respon. *Beluisius. in Practi. crimina.Titulo de Quæstionibus numer.*229. quod non, si ipse Vasallus fuit in culpa eum amittendo, aliàs secus. Salus nulla bello. &c. *Marsil.in.l.i.*¶.*si servus.num.*18.*ff. de.quæstion.*

Quæstio CLXXIIX.

Equus cum pede calcitrat, vel mordet, an Dominus Equi teneatur? Respond. *Vitallinus.in opere Malefic.titu.de damno dato. nume.*5.quòd sic.ad damnum tantùm scilicet, vel noxam noxiæ dare. *l.i.in prin.&.* ¶.*in & l.fin.ff.si.quaqru.paupe.feci. di.* & hoc si motu proprio, & commota feritate contra naturam sui generis fecerit: quòd si culpa hominis hoc facit, ut quia plus justo est oneratus. ut supra fuit dictum, q.i.tunc secus. Adde ibi. & vide. *Bar.in l. unica.C. nè quid one. lib. xi. ubi dicit*: quod onerantur animalia secundùm modum consuetum, solitum & debitum *Cagnol. in l.contractus. num. 64. ff. de re. iur. Et Mansue. in ejus Practica. titulo.de interesse.nume.2. &. Ioanne. Bap. de. S. Blasio. inter* Consilia *crimi.Consil.lxxvi.per totum.in.2.vol.& Carrerium.in practi. cri.*¶.*Homicidij.num* 5.*pagi.*64. & *Iodocum.in Enchiridio suo crimi,capit.* 142.*num* 1.*ubi de damno pecuario agit. & ad illud superius in q. ij.* Adde. *Vitallinum ipsum ubi supra num.* 45. dum dicebatur, quod currentes Equuos debent præcavere & admonere gentem, alta voce cave, cave ubi allegat. *l.si quis foveas.*¶.*fin.&. l.si putator ubi etiam. Doc. st. ad.l. Aquil.Vide etiam Ange de Ubaldis inter consil. crimi.lxxv.in.2.vol. per totum.*

tũ ubi in terminis terminantibus, & *Carre. ubi supra latissimè*. Et subdit, quod ita debet acclamare, quod evitari possit. ut per *Geminia. in c. si. duo. & in c. sepe l. distinct. Felyn. in c. ex literis. 2. de homicidio*. Et consuluit. *Bal. in consil. cix. in. 2. vol. Et Pau. de Cast. in consil.* 194. *& Ancha. in consil. ccliiii. ut Petrum calephati. inter consi. crimi consi. xci. in 2. volu. per totum*; ubi & ipse in his terminis consuluit Et subdit, quòd ignorantia vitii Equi probatur per Juramentum. *ibi numer.* 3. Item si propter angustium loci dederit damnum Equus, non poterit agi actionem in factum de pauperie sed injuriarum contra illum, cujus culpa sibi damnum datum est. *d. ¶. in fin* Item si equus calcaribus, vel baculo percutitur, & recalcitrat, & damnum dat, tenetur ille, qui percussit: si autem palpitavit tantùm, & tenetur dominus etiam equi. *d. l. i. ¶. & generaliter. & ¶. seq. & vide eundem Iodocum ubi supra, nu.* 7. si recalcitrando alterum equũ percutiat, tenetur *ut supra. q. lv de aequitate.* ut ait *Vitallinus ubi supra nu.* 57. *de l. si. ff. ad l. aquil. & l. si. servum maritus.* libellus autem in actione de pauperie in factum formatur ut per *Odofre. in tracta. de formandis libellis. capitu. lvij. tomo. xvij. pagina.* 235. *& Herma. Baren. in tracta. de forman. libellis. libello. xc. eo tomo. pagi.* 249. *vide etiam Maria. Soci. inter consi. crimina. consi.* 63. *nume.* 3. *in i. vol.*

Quaestio CLXXIX.

Quid modò si equus tuus meum percutit equum, & per hoc equus meus dat alicui damnum? an tu, vel ego tenear? Respond. *Vitallinus. de malefi. titu de damno dato. num.* 5. *quod tu* non ego teneberis. *d. l. i. §. & si. animalia ff. si. quadrupes paupe. fe. dica.*

Quaestio CLXXX.

Quid si equus recalcitrat, & frangit crus alicui, vel brachium. an tenebitur dominus? Respond. *Vitallinus ubi supra. nume.* 13. ubi dicit, quod si contra naturam sui generis hoc fecit, dominus damnum emendabit, vel equum pro noxa dabit. *d. l. fi. ff. si. quadru. paupe. fe. dicatur* sed si instigatu alterius? & ille tenebitur & venit in aestimatione damni aestimatio expẽsarũ factarũ in medicatura, & curatione vulneris, & operarũ, quibus caruit. si erat homo alicujus artificij *ut ff. si. quadru. pauperie. fe. dic. lege ex hac. & Codic. de iis, qui ad eccle. confu. l. fi.* deformatus tamen ab Equo, non agit contra dominum ad deformitatem

 sed

ſed tantùm ad expenſas vulneris, & operas amiſſas.ut dictum eſt. *Romanus.conſi.*278.

Quæſtio CLXXXI.

Quis Equam prægnatem percuſſit, ita quòd partum ejecit, & ita dominus eſt damnificatus:an percuſſor teneatur? Reſpond. *Vitalinus. in opere Maleſi.de titu.de damno dato.nu.*4.quòd ſic *.l.ſi.ſervus.§.ſi.quis ff. de manu.* ¶.*ſequen.* & idē quoque erit ſecundùm *Vitallinum. ibi.*ſi quis navem perforaverit, & ex eo quis damnum paſſus fuit. Ut mihi dixit contigiſſe ſibi.*D.Doctor. D. Petrus.ab oleo.* tempore, quo diſceſſum fecit è civitate Tergeſti. ubi aſſidebat. quia ſibi perforata fuit in portu navis, in qua ſarcinulas & ſuppellectiles doctoreas poſuerat: propter ſententiam, aliàs per ipſum latam contra quendam Tergeſtinum (& ſic contra vn cittadino della tiera,ut eorum verbis utar) quæ tamen à famoſiſſimo Doctore nunquam ſatis laudato ac decantato. D. Mantua moderno conſummatiſſimo,&D.GaſpFabiano comprobata fuit. *Sed ij.ſunt fructus officiorum.*Quòd ſi verum eſt, ut ipſe mihi dixit. Ego vellem cum Cicerone dicere,illud ad Lentulum.lib v. inibi:dalmatis Dij male faciant,qui tibi moleſti ſunt.Semper enim habiti ſunt bellicoſi, an credam?Et ſi ſic eſt, illud quoq; decantare licet Ovidianum, ſcilicet.Elegia.ix.

Sive locum ſpecto. locus inamabilis, & quo
Eſſe nihil toto triſtius orbe poteſt.
Sive homines, vix ſunt homines hoc nomine digni,
Quamq; lupi ſævæ plus feritatis habent, &c.
Fuge litus avarum. &c.

Quòd ſi non credam, & dicam cum Hannibale, ut per Valerium. de humanitate Ergo humanitatis dulcedo etiam ineffrenata Tergeſtinorum ingenia penetrat, &c. Ut ibi ſæpius expertus ſum, cum pluries præturam geſſi,& in Dalmaticis quoque regionibus iterum atque iterum vocatus moderni Imperatoris ſanctiſſimi locum tenui. Abſque tamen labe aliqua ſemper evaſi: quod profectò eſt mirum. Quia ibi habent proverbium hujuſmodi. videlicet.

Chi va à Trieſte in officio. eo non ſe inciampa,
Può andar ſecuramente ſino in Franza.

Quæstio CLXXXII.

Quis autem coegit Equam in locum strictum, & eam percussit, & per hoc ejecit partum: an tenetur? Respon. *Vitallinus. ubi supra*: quod sic *l. boves. ff. ad l. Aquiliam.*

Quæstio CLXXXIII.

Quis immisit Equam in sylvam meam. an teneatur? Respond. *Vitallinus ubi supra, nume.* 27. quòd sic: teneatur enim. *l. aquilia* ad damni emendationem. *l. i. C. ad l. aquil.* & dixi quandoq; in meo tract. cui est *tit. crimin. ad statuta quæst. ubi de* damno dato verba feci. & *supra. q. lxxv.*

Quæstio CLXXXIV.

Invenio Equam tuam in vinea vel campo meo dantem mihi damnum. Quid agam? respon. *Vitallinus in Malefic. possum. d.* Equam capere & ducere ad domum meam, & tibi denunciare, qualiter inveni eam ibi & petere à te, ut mihi damnum emendes. Sed non possum equam tuam percutere, vel offendere, quid si facerem, essem puniendis. *ibi. num.* 78. possum tamen eum expellere de fundo meo. Quid si expulsione Equus damnum recipit, puta posuit palum in ventre, vel aliàs? Dic quod tenetur actione in factum. *gloss. in l. quintus. ff. ad l. Aquiliam. per. l. si boves. eod titu. Vide Cassane. in consuetu. Burgun. ubi de damno, dato agit. pagi. 72. nume.* 12 ubi etiam alia notatu digna

Quæstio CLXXXV.

Quis furatur unum Equum de armento, vel stabulo. an puniatur? Respond. *Vitallinus in Malefi. titulo. de abigeis*, quòd si de armento: & est abigeus, punitur. Vide *Iodocum. in ejus enchiridio crimen. cap. cxiij.* ubi dicit, quòd si de grege, vel armento, vel in pascuis subtrahit, punitur in metallum, & in perpetuum exilium. *l. i. & l. 3. ff. de abigeis.* Sed si adhibita vi deprædatur Equo ex armento vel grege, aut in pascuis, subjicitur bestijs, & ad bestias damnatur, *l. abigeatus. eod. titulo.* Si quis tamen Equum errantem inveniat, & subtrahat, non est abigeus, *sed fur. l. 1. §. abiget. ff. eo.* & *Vitallinus*, ubi supra *numi. 1. Anto. Gomez. in tra. de delictu. c. vj. de injuriis. nu. 12. fol.* 388.

Quæstio CLXXXVI.

Quomodo puniantur receptatores qui deprædatores Equorum, scienter volentesque excipiunt hospitio, & ita abscondunt, & quantum est

est in ipsis tuentur, & favent? Respond. *jodocus. in de Enchiri, crimi. cap. cxiij* puniri relegatione decem annorum. *l. fi. ff. de abigeis. Vide tamen Marsil. consi. 53. nume. 30. in j. volumine.*

Quæstio CLXXXVII.

Aliquis Equorum greges in saltus immisit rei Dominicæ; an illos amittit? Respond. quod sic *l. j. lib. xj. C. de fundis & saltibus rei Dominicæ. Petrus Jaco. in ejus practic. titu. de actione de pauperie.*

Quæstio CLXXXVIII.

Quid si quis me nescio, & prorsus ignaro, occidit aliquem, & meo cum equuo aufugit. An sim in culpa? Respond. *Bal. consi. 120. volu. 3.* quod nõ. *& Marsi. in pract. crimi. ¶. constante. num 48. & 55. Signoro. consi. 134. & Blancus, in ejus practi. crimin.* ubi de defensionibus pro imputato de auxilio agit, pagi. 120 secus si scienter. *Bald. in l. quicumque C. de servis fugitivis.*

Quæstio CLXXXIX.

Vidistis supra, quod conductor Equi tenetur facere sumptus Equo sibi locato. *q. lv.* vide & adde *Budeum lib de Asse. v. pagi.* 547. apud nos (inquit) Equuis viatoriis per diversoria cibus statutus est in dies cistellæ ternæ avenæ, ut in Italia ordei. sic enim semper tulit stabulariorum formula: Quid si stringosi sint Equi? Respond. *Budeus ibi. hus verbis*: sed stringosis equis cum longis itineribus fatiscunt, auctarium noctu dari solet. id est quarta cistella.

Quæstio CXC.

Quid etiam si Judicis Equus occasione causæ quam habet coram se, propter quam oportet facere moram longiorem, moriatur. An possit à Patribus petere, ut reficiatur? Respond. *Archiepisco. Floren.* quod non *in ejus summa. titu. ix. parte iii. titu de of. Judi. delegati. §. viii. per tex. in l. inter causas. §. non omnia. ff. mandati. pagina:* 110.

Quæstio CXCI.

An permissum sit judici equum accipere, sibi dono datum? Respond. *Mulleus in practica crimi. pagi. 49. num. 27. quod sic. capit. & si quæstiones. §.* cum in accipiendis extra de Simonia, quod mihi non placet *vide infra. q. 239.*

Quæ-

Quæstio CXCI.

Quid si incommodi aliquid contingat ex equo ob incuriam servi, vel malitiam, vel eorum, qui in stadiis ad cursuram arte docent equos, vel ad aquandos ducunt. Equorum institutores ne nuncupantur anij, vel Domini teneantur? Respond. *Jodocus ind. Enchiridio illos*, & famulos, non autem equorum dominos teneri. *l. fi. ff. ad l. aquiliam.* secus si alicujus instigatione. ut superius est repetitum,

Quæstio CXCII.

Commodâsti tu mihi equum, ut irem ad villam, postea te pœnitet mutuasse, & non vis pati me eo uti, quid juris? Resp. *Bar.* quòd non potes mutare voluntatem. Nam inest tempus tacitè, intra quòd possum ire, & redire de villa *l. iij.* ¶. *si quis ita. ff. de eo,* quod certo loco, & tunc finito usu commodati agi potest, & ibi *Bar.* docet formare libellum in casu isto *vide supra. q. xliiij.*

Quæstio CXCIII.

An forenses teneantur præstare equos reipublicæ? Respon. *Bar. in l. munerum.* ¶. *judicandi. ff. de munerib. & hono.* quòd non. nisi usufructuarij existerent.

Quæstio CXCV.

Habebat quis Equum album, & fecit testamentum in quo legavit alicui Equum morellum, & tamen nullum alium Equum, præter album, habebat, an iste albus legato cedet? Resp. *Ang. & Imo. in l. jv. ff. de leg. i.* quod cedet. prout sic. refert *Alex. in l. nominatim. nume.* 1. *ff. de libe. & posthu.* Ratio secundùm *Alexan.* quia appellativum cum adjectivo conveniens uni soli æquipollet nomini proprio. *argu. d. l. & d. l. iiij. cum gloss. ibi.* ergo sicut in nomine proprio non *vititat. l. si in nomine. C. de testamen.* ita nec in casu prædicto, supra. repetita. *q. lxxix.*

Quæstio CXCVI.

An mandatarius, qui Equum pro aliquo emit, teneatur pro interitu, & morte ipsius equi emendare damnum mandanti? Respon. Consulendo *Parisius in consi. cxxiij. in 1. vol. per totum.* Nam aut culpa mandatarij Equus decessit, & tenetur, aliàs secus. Et ibi Parisius po-

H nit,

nit, quando quis de casu mortis Equi fuerit in culpa? Et hoc totum quandoque residet in peritia expertorum, & peritorum. Si ex vulnusculo etiam præcedente, postea sanato, vel superventa ægritudine, culpa commissa equus morit? Vide omnino ipsum Parisium.

Quæstio CXCVII.

An in legato mobilium veniant Equi? Consuluit *Parisius in consi. lxvij.nu.1.& per totum.vol.2.* ut ibi per eum, & in legato usu fructu mulieri veniunt Equi futuri, quos tempore testamenti non habebat testator. *Ierony. Gabriellius. in consi.119.nu.9*

Quæstio CXCIIX.

Quidam aufert Equum de Manibus alicui, existimans hoc sibi licere: an puniatur? Respond. *Ang. in l.prætor.¶.hac actione.ff.vi bono.rapto.* quod non. *Marsi.refert.consi.lxxvij.nu.22.in 2.vol.supra.repetita.q.lxxj.* & no. quod auferre, est de manibus rapere. *l.iij.¶.non autem.ff.de incen.rui naufra.& vide ibi no. & quandoque ver.* auferre, sumitur pro accipere. Vide *Alberi. in dictio. ver isto.*

Quæstio CXCIX.

Defunctus quos Equos deposuit penes aliquem, unus hæredum recuperavit unum ex eis, alter verò decessit. Quæritur nunquid equus recuperatus pertineat ad utrumque? Respond. *Bal in l. supervacuum. nume. 2.* C. *depositi* quod sic. Nam equus non consistit in pondere, numero vel mensura, nec dividitur inter hæredes respectu ponderis, numeri, vel mensuræ. Et ideo comunis est. *ff. de rei vendi. l. Pomponius. lxxx. distin. si ex equis, & argu. ff. de stipu. servo. l. si cum* duorum, & ita tenet *Pet. Cyn. & Bald. ubi supra.*

Quæstio CC.

Petitus fuit Equus, qui forte est mortuus, & sic succedit æstimatio, si ista causa esset ordinaria, an posset ferri sententia in æstimatione? Respond. *Grammati, decis.neapo. n.xix.col.2.subn.7.* quod non. quia negari non potest, esse latam juxta petitioné, idest propè, licèt non secundùm ipsam petitionem, & idem tenet. *Bal.in.l.fi.C.de fidei commissa. liber.* & de æstimatione damni ex equo mortuo, vel debilitato, vide Cas-

Cassane in consti. Burgun. p. 73. num. 8. ubi potest Bal.. in consi. 387. in 3. vo. dicit quod de æstimatione non potest conqueri post annum, & ibi fusius *Cassaneus de æstimatione damni dati in animalibus. vide omnino.*

Quæstio CCI

Testator multos habebat equos, & cuidam legavit suos Palafrenos, quid continetur appellatione Palafrenorum? Respond. *Rochus de curte in tracta. de consuetudine, num. 626.* quod hoc declarabitur ex communi usu loquendi, & ad declarandum ipsum communem usum loquendi, ita est formandus articulus. Quòd à decem annis citra & per ipsum tempus communis usus loquendi fuit in tali civitate, unde est testator, vel ubi conversabatur, quòd equus talis conditionis apellatur Palafrenus. Testis verò deponat contenta in ipso articulo fore & esse vera. Interrogatus quomodo scit? Respond. quia per dictum tempus in dicto loco audivit, & intellexit equum talis conditionis ab omnibus talia tractantibus Palafrenum dici, nominari & vocari.

Quæstio CCII.

Vendito igitur equuo venit sella, ut superius. *q. xxiiij.* fuit dictum, & ultra ibi citatos tenet *Ias. in ¶. actionem. num. 55. institu. de actio. & num. 58. & idem Ias. in l. de quibus.. num 78. ff. de legibus.* ubi dicit, quod non solùm hoc est de consuetudine, sed etiam de jure communi. vide etiam *Dec. in c. præterea. nume. 8. de* officio de lega. & *Fabi. de monte. in tract. de emp. & vendi. q. vi. principali. circa. septimum membrum numer. 32*, quid modò si equus ostenditur Emptori sine sella, an ea quoque vendita censeatur? Dic quod non, quia de jure commu. illud venit in contractu, quòd tempore contractus ostenditur, ut quid *Bal. in l. 1. C. de edil. actio per tex. in l. Ediles ¶. vendendi. ff. de. edili. adic. de quo Rochus de curte in tracta. de consuetu, num. 230.*

Quæstio CCIII.

Equus est sequestratus, quis teneatur impendere expensas? Respond. *Paris de puteo. in tracta. de Syndi. ¶. an carcerarius teneatur?*

tur? titu. xiiij. num. 4. *pagi.* 96. quod debet impensas impendere is, qui fecit sequestrari. *argu. l. si in Asia.* ¶. *j. ff. depositi.*

Quæstio CCIV.

Quid de occidente equum, cui insidet clericus. an erit excommunicatus, Respon. *Joan. de Ligna. in trac. de censura eccl.* ¶. *v. nu.* 16. & licèt hinc inde adsint opiniones, concludi tamen, quod si hoc fecit in injuriam ipsius clerici, quod sit excommunicatur. aliàs secus; vide etiam *Fran. de Platea. in tracta. de excommunica.* ¶. *xxxv. nu.* 14. & *beatum Anto. in tracta. de excommunica. cap.* 1. *num.* 19.

Quæstio CCV.

Duo equi sunt simul venditi, qui erant ejusdem officij, & alter reperitur esse morbosus: an teneat venditio? Resp. quod sic. *cum ejusdem. ff. de ædil. edic.* licèt secus esset, si precium fuisset constitutum pro singulis singulariter consideratis. *Joan. de Selva, in tractatu de beneficio. q. xvi. num.* 7.

Quæstio CCVI.

An equitando Imperator magis debeat equitare mulam, vel equum, prout facit Papa? Resp. *Restaurus Castaldio in tracta. de* Imperatore. *q. lxxxv.* quod olim Imperator utrunque genus habebat. *l. i. C. ne rusticani. &c. lib. xi. inibi.* mularum fiscalium, vel equorum ministerium: sed hodie pro libito voluntatis utuntur principes utriusque ordinis, præcipuè cum recreationis gratia equitant, & ibi refert Salomonem regem habuisse quadraginta millia præsepia equorum curilium, & duodecim millia equestrium. ut legitur iij. regum cap. iiij.

Quæstio CCVII.

An quis compellatur equum locare scholastico, qui velit recedere à studio? Respon. quod sic. Si dominus equum locare sit solitus. *Petr. Rebuffi in tract. de privilegiis scholarium, in vij. privilegio num.* 3. *post Jaco. Rebuffi ejus patruum. in l. cursu C. de cursu pub. lib. xij. argu. illius l.* nam hospes, postquam signa hospitij erexit, cogitur hospites recipere. *l. una*, ¶. *i. ubi Bart.* hoc dicit, *ff. furti adversus nautas.* multò fortius, qui consuevit locare equum. Tenebitur tamen scholasticus

dare

dare pensionem consuetam pro locatione secundùm eundem *Pet. ibi*, *argu. l. exceptio. Cod. loca.* ¶. 1. *institu. eo.* fallit secundùm ipsum. *numero.* 6. quando scholasticus esset ignotus: quia tunc dominus equi non tenetur sibi locare equum, nisi prius præstita per eum fidejussione. & si non haberet fidejussorem, posset dari nuntius expensis ipsius scholastici, ad sequendum equum ipsum, usque ad iter perfectum, prout quotidie servatur: nisi ille scholasticus esset pessimus, & haberet continuò diabolum à dextris, inquit ipse.

Quæstio CCIIV.

Quidam occasione cujusdam Castri, quod tenebat à te, debebat tibi dare quolibet anno unum equum, qui per longissima tempora ipse, & sui antecessores stetit & steterunt, quod non præstitisti, vel præstiterunt equum ipsum, sed quolibet anno quid aliud fuit datum. Num quid præscripsisti in equo? Respon. *Petus. Antibo. in tracta. de muneribus. part.* 2. ¶. *restat. nume.* 18. *quòd sic. per. l. is cui. ff. quemadmodum servi. amitta. & per l. prece. eo. titulo. & l. si quis alia, in princi.*

Quæstio CCIX.

Dubitatur de æstima, seu valore cujusdam equi coram judice. quid juris in isto casu? Respon. *Joan. Baptista. in tracta. de arbitris. lib.* 3. *cap. xix. ver.* dubitatur, quod magistri deputandi sunt ad æstimandum. *ut per glo. in l. hac adicti.* ¶. *his illud. C. de secundis nupt.* & iste est unus ex casibus, in quibus statuit jus arbitros eligendos esse, ut ibi per *Joan. Baptista. d. verb. dubitatur. titulo. xij.* & judex debet esse ille, qui deputet tales magistros, vel arte peritos & expertos, & ad ipsum solum spectat electio, & non ad partes. ut probat mihi *Federicus de Scenu. in tract. de probationibus. num.* 24. *tomo. xiij. pagina.* 56. vide quæso, si libet. Hoc tamen procedit, ut per *Corsetum. in singu. ver. Medicus.* quando merum factum pendet à potestate ipsius judicis, secus si à potestate partium, quia partes eligunt, si concordant, quòd probat.

Quæstio CCX.

Conductor Ronzini restituit eum domino, & dominus eum recipit tanquam sanum. an conductor teneatur? Resp. *Bar. in l. opus ff.*

loca. quòd non. Quòd intelligit, si dominus sciverit vitium, secus si in restitutione illa fuerit deceptns.

Quæstio CCXI.

Aliquis facit transitum cum equo meo per civitatem istam, an hic poterit conveniri. ratione præsentis possessiones. Respond. *Bar. in l. sed si postuletur. ff. de judiciis. quod non l. fin. C. ubi rem actio ubi no.*

Quæstio CCXII.

Quęritur quando dicatur vitium apparens in equo? Respond. *Saly. in l. j. C. de edili. actio.* quòd vitium apparens dicitur, quando est extrinsecum in loco aperto, quod potest intueri à quocunque, respiciente, secus si non esset, in loco aperto. ut puta, si avis esset sub ala vitiata.

Quæstio CCXIII.

Vendito igitur equo præsumitur ex celeritate mortis vitium, seu infirmitas præcessisse, & dicitur celeritas, & incontinenti, si intra triduum, idest intra triduum obijt. j. *C. de emenda. servo ubi & glo. & supperius. q. lxxxiiij.* fuit repetitum. adde *Marsi. in l. statu. liber. nu.* 16. *ff. de questi.* ubi plures ad hoc adducit. sed illa glo. non est vera, quando decedit ex causa manifeste, sed bene est vera, quando quis decedit ex causa occulta, quæ est in visceribus vel interioribus, & non apparet aliquo modo livor exterior manifestæ suspicionis, secus si judicio judicis, vel Mareschalchi apparet vitium antiquitus viguisse. *quæritur.* ¶. si autem vitio vesicæ, *& l. qui clavum ibi. jecur. & pulmo. ff. de edili. edicto. vide Bal. in l. i. C. de edili. actio. col. pen. sub. nume.* 13. ubi allegat *Specul. in titulo de emp. & vendi.* ¶. *sciendum in additio.* de illo qui simpliciter vendit Bovem: & ibi tenet, quòd est dictum de triduo: unde quis debet dicere vitia equi, ut superius est dictum vide *Cicero. officio. lib.* 3. *inibi,* ac de jure quidem prædiorum sancitum est apud nos jure civili, ut in ijs vendendis vitia etiam dicerentur, quæ nota essent venditori, & quæ sequuntur. *l. i.* ¶. *ff. i. de ædil. edic.* Carneadis tamen disputatio aliter suadet, ut per *Fortunium. in tracta de ultimo fine juris cano. & civil. sub nume.* 284. qui quibusdam argumentis ostendere conabatur, nullam esse justitiam, aut si quæ esset, summam esse

stultiti-

stultitiam, & inter alia exempla hoc afferebat. Bonus vir (inquit) si habeat servum fugitivum, vel Pestilentem domum, & vendere velit, profitebitur, vel celabit emtorem? Si profitebitur, bonus erit, quia non fallet, sed stultus judicabitur: quia vel parvo precio vendet, sed si celaverit, erit quidem sapiens, quia rei consulet, sed idem malus, quia fallet, unde hoc afferebat inconveniens, bonum Virum stultum esse, ac sapientem malum. cui Respond. ut per eum *ex Cicerone* etiam vide *Tiraquell. de legibus connubialibus in iiij. l. connubiali.* Et no. quòd vitium est perpetuum corporis inpedimentum. *l. inter.* ¶. *verum. ff. de ver. significationib. vide ibi. per d. m. Alcia.* Plura congessi de vitio, aliter quàm hic in meo tractatu de argumentis. in argumento à vitio naturali.

Quæstio CCXIV.

An milites possunt ducere equos suos ad pascendum in pratis, tam publicis quàm privatis? Respond. *Bar. in l. insignis, C. de pasc publicis. vel priva. lib. xi per illum tex.* quod est eis prohibitum. & ait *Andre. de Barulo*, & post eum *Ioan de platea.* quòd nè prata devastentur per communitates & Barones Regni, sunt statuenda loca in eorum territorijs, in quibus animalia eorum pascantur, absque subditorum injuria. vide *Cassa. in consuet. Burg. p.* 71. ubi de damno dato loquitur. ubi fusius.

Quæstio CCXV.

An dominus dans Equum pro noxa liberatur a damno dato? Respond. *quod sic, l. j. ff. si quadru. pau. fe. di. c. si. læserit*, de injurijs & damno dato, quod intellige. Nisi ipsemet dominus deduxit Equum suum in alienum campum, ut ibi depasceret, quia hoc casu non liberaretur, dando equum pro noxa, cum ipsemet videatur dedisse damnum. Et sic tenetur insolidum. *d. l. j. & l. ii. ff. ad l. aquil. & d. c. fi.* sed qualiter formabitur libellus in isto casu? Ponit *Spec. in tit. de inju. & dãno dato. & Rofr in libel. in tit de actio. in sanctum & de pauperie. Cass. ubi supra. sub. nu. 17. pag. 72.*

Quæstio CCXVI.

An villa teneatur pro equo occiso, vel vulnerato in strata publica, qui postea sit mortuus? Respond. *Alex. consi. xcj. in vi. vol. per totum,*

eum quod non, quia villa nunquam tenetur pro damno dato in strata publica.

Quæstio CCXVII.

Quid si incisa fuit cauda Equo meo, prout contigit mihi anno 1556. in meo ronzino. Serio, etiam aliis: an incidens teneatur? Resp. *Vitallinus in suo opere Malefi. tit. de damno dato sub, nu.* 58. *versi.* & generaliter in quolibet casu, quod sic, & quoniam incisa est cauda equo, quæ finis ipsius est equi, auctarij quoque hujus nostri finis existat. Ad laudem omnipotentis Dei Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

F I N I S.



HIP-

HIPPOLYTI BONACOSSÆ

J. U. D. Ferrarienſis.

IN MATERIA EQUORUM TRACTATUS.

PARS TERTIA.

P*Recedentibus quæſtionibus nonnullas etiam adjicere decrevimus, quod, an ſint conducibilius, aliorum erit judicio.*

Quæſtio CCXVIII.

Quæro igitur adhuc, an ſit facienda Equi diviſio & quomodo? Reſpond. *Flo. in l. uſufructuarius venari. ff. de uſufruct. & Iac. But. in l. nam & ſi. fur. ¶. fin. ff. ſi. cer. peta.* quòd poteſt fieri diviſio Equi, quæ non per medium, ſed cum precio, per eum dando, cui remanet Equus. *arg. ¶. ſi. inſtit. de offic. judi.*

Quæſtio CCXIX.

Quæritur etiam. quidam Monticula deſcendens in planitie diſtrictus hujus cum pecudibus, habens in cuſtodia polledrum ſub mercede, quem alius ita oneravit, ut tranſeundo vadum ſubmerſit ſe, & mortuus eſt: an teneatur reſarcire domino damnum? Reſpond. *Bal. in l. cum ita. ¶ ſpecies. ff. de lega. 2.* quod ſic, quia ille, qui tenetur ad cuſtodiam, tenetur de caſu, etiam fortuito, ſi ipſe fuerit in culpa, & ſi non fuerit, debet probare omnem diligentiam adhibuiſſe. *Alex. in con. clviij. vo. 2. Moderni in l. quod te. ff. ſi. cer. peta. Gozadi. con. lxiij. nu. 3.* & caſum fortuitum allegans debet probare. vide *Aemilyanum in con. ciij. n. 6. & ſeq.* ubi poſt Imolam extendit etiam ad eum, qui ad collaticam boves habebat. Imo. *in. l. cum ita. ¶. ſpecies. ff. de lega. 2. Dec. conſi. 573. Gui. propter. ſignu. clxxi. Paſtor. Bart. l. quod ad præſens C. de Murile. lib. xi.*

Quæstio CCXX.

Quis Equum meum in ſtabulo liberavit , per quod ego incidi in damnum, an ille teneatur? Reſpond. quod ſic. Sed qua actione? Reſp. in factum. *¶. fi. in ſt. de l. Aquilia. inſignis Modernus, in l. i. ¶ tenebitur. n. 19. ff. de Religio. &c.*

Quæstio CCXXI.

Fructus ne Equorum pertinent ad uſufructuarium ? Reſpond. *Bar. quod ſic. in conſi. l. in 1. vol. & conſi. lxxxvij. in fin. in 2.*

Quæstio CCXXII.

An filius conferat cum fratribus Equum ſibi dono datum à patre? Reſpond *Bar.* quod non. quia iſtud eſt Caſtrenſe. *per. l. 1. ¶.* nec *Caſtrenſe. ff. de colla. bono. Bar. in tra de duobus fratrib.*

Quæstio CCXXIII.

Scholaſticus equitat Equum in tranſitu alicujus Civitatis. An poterit Equus pro repreſſalijs capi? Reſpond. *Bar. in tra. repræſa. in viij. q. nume. 2. quod non.*

Quæstio CCXXIV.

Quid requiritur in æſtimando Equo? Reſpond. *Bar. in trac. Teſtimoniorum, nu.* 7. Diſcurſus ſcilicet, & fortè vehementior quam in fundo. *Alex. in. l. prælia rerum, ult. col. ff. ad. l. Falci.*

Quæstio CCXXV.

Quid ſi dubitatur, an Equus ſit ille, qui ante fuit Titij, & examinatur teſtis ſuper eo. Cujus nam erit teſtificatio? Reſpond. *Bar in tract. de teſti. ver.* Hanc eandem rem , *nu.* 29. quod erit per ſigna ſuper corio ipſius. Et ita conſuluit in contingentia facti *D. Æmilyanus noſter. in conſi. l. in cauſa. Equina nu. 6. & ſeq.*

Quæstio CCXXVI.

Quid habet dicere teſtis in ratione, ut negocium appareat factum diligenter, ſi Equus ſit venditus? Reſpon. *Bar. in trac. teſtim. circumſtantias. ſ.* quod Equus venditus erat ſenex vel alium habebat defectum, propter quem illum vendidiſſet quilibet diligens paterfamilas, *Bart. ibid. in ver. œconomica, nu. 95. ad fin.*

Quæ-

Quæstio CCXXVII.

Quomodo probatur dolus in Equo vendito ? Respond. *Bar. in d. tract. testim. ver dolus. nu.* 102.

Quæstio CCXXIIX.

Conductor pullum equinum nimium, & præmaturè oneravit. unde est mortuus; an fuit in lata culpa ? Respond. *Bar. in d. tract. testimo. quod sic. ibi. in ver. lata culpa. nu.* 111.

Quæstio CCXXIX

Quis equum sibi comodatum currere, vel saltare plus solito coegit, ultra id, quod comuniter homines illius conditionis fecissent. Quomodo hoc probabitur ? Respond. *Bart. de tract. testimo. ver. lata culpa. nu.* 111. per testes, qui actum viderunt.

Quæstio CCXXX

Equus perdidit ferrum, ob quod dico me damnificatum: an erit in culpa equitans ? Respon. *Bart in d. tract. testimo. ver levis culpa. nu.* 116. *quod. sic. in culpa. levi.* 5. Diligens siquidem homo sua propositione ab hoc præcavisset, sæpius pedes videndo inquit Bar.

Quæstio CCXXXI.

Extat consuetudo, simul & jus, quod vendito Equo, est vendita Sella, ut sæpius est repetitum superius. sed quomodo rectè aget emptor pro sella ? Respond. *Bar. post Guil. in l. quibus in i. lect. col. fi. nu.* 16. rectè agere actione ex eo contractu. Faciet tamen mentionem in Libello *de consuetudine. Rofre. in libell. de actio. in fact. Edili. nu.* 4. *p.* 31.

Quæstio. CCXXXII.

Quid si tibi dedi Equum ad certum usum, non limitato certo tempore tacitè, vel expressè. An datio ista ad voluntatem meam revocari poterit? Respond. *Bar. in l. in. commodato ¶. sicut ff. commo.* quod sic. cum precarium & agi debet interdicto de precario. Secus atque si adjecta causa, vel tempus, quia finito usu, agetur, commodati actione.

Quæstio CCXXXIII.

Miles habens duos Equos, unum Fratribus Prædicatoribus, alterum Fratribus Minoribus legavit unus eorum est longe altero preciosior, quibus istis erit preciosior Equus ? Respond. *E[illegible]rar. in Centuria*

loco, ab ordine, ver. iij. istud arg. quod sine dubio Fratres Prædicatores tanquam primò nominati elegent.

Quæstio CCXXXIV.

Quis legavit Equum cum Asino: an ambo debeatur? Respond. *Io. Fab. in. ¶. si. quis. ancillas. Insti. de legatis.* utrumque deberi. & esse, ac si dixisset lego Equum & Asinum, quod dicit menti tenendum *Everar. in centuria, in loco à natura copulæ. ver Hinc est.*

Quæstio CCXXXV.

Testàtor habens Equum album & nigrum, in testamento legavit Sempronio Equum album, seu nigrum: an binos habebit Sempronius Equuos? Respond *Bal. in c. inter cæteras, de rescrip.* quod non, sed alterum tantum, Cum ipse testator usus fuerit verbo singularis numeri. *Everar. in centuria, in loco a numero. p.* 391.

Quæstio CCXXXVI.

Legatur alicui Equa cum pullo, moritur Equa, an pullus debeatur? Respond. *Joan. Fab. in ¶. si. quis ancillas, institu, de legatis*, quod non *Everar. in centuria.* in loco, à natura copulæ, ver. item ex hoc sequitur.

Quæstio CCXXXVII.

Vendo tibi Equum pro libris decem, non adjecta qualitate monetæ, de qua intelligent? Respond. *Grammarus in dialectica legali, libr. 3. in* loco â verisimili: assumitur verisimilitudo hæc, vel ex comparatione rei ad precium.

Quæstio CCXXXIIX.

Malæ fidei possessor fecit expensas in Pascendo Equum, vel curandò eum: an rectè repetit? Respond. *Ang in summa. xer. expensæ, nume.* 3. *quod sic.*

Quæstio CCXXXIX.

An liceat curiali dono accipere Equum? Respond. quod non. vide *Archiepisco. Flo. in ejus summa, par.* 3 *tit. xxi. c.* 3. ubi agit, quod Papa debet dissipare gentes, quæ bella volunt. Ubi refert *Bar. ad Eugenium*, & recitat historiam de quodã dicto Martino, qui Cardinalis existens, legatus missus in Daciam terram, auri, & argenti tam pauper remeavit, ut penè expensis & Equis deficientibus, vix pervenit Florentiam: ubi

ubi cum Episcopus loci donaret sibi unum Equum, eum accepit, cum ipso reversus ad curiam, quæ tunc erat Pisis. Inde an modicum tempus Episcopus Florentinus vadens ad curiam pro quadam causa, quam ibi habebat, visitavit prædictum Cardinalem Martinum, recommendans ei causam suam, cui Martinus, decepisti me nesciebam enim in curia tibi imminere negocium, tolle equum tuum, ecce in stabulo est.

Quæstio CCXL.

An rectè agunt Principes, nolentes peregrinari, nisi ascendant Equum die & hora eis ab Astronomis statuta? Respond. *Io. de Ana. in c. i. de Sortilegijs.* principes non benè facere, refert *Troylus maluitius, in trac. de Sortil. in i. parte, nu.* 10. licèt magni Barones & Domini incidant in laqueum *l. nullus C. de malefic.* ubi incantationes possunt fieri ad bonum. *ita. Ang. post. Odofre. de quo Troylus, ibi nu.* 16.

Quæstio CCXLI.

An liceat istis Fabris ferrarijs, vulgo marescalchis, die sancti Io. Baptistæ, & die Apstolorum Petri & Pauli præcise, minuere, vel flebothomare equos, & alia jumenta, potius quam aliis diebus, in eodem tempore? Respond. *Martinus de Arles. in tract. de Superstitionibus. sub nu.* 10. *versic.* Nec video. Non licere prorsus, & esse superstitiosum, & à Diabolo suasum.

Quæstio CCXLI.

Quis præcipitatur ab Equo effreni, & indomito in via lubrica, vel in flumine est submersus. An liceat ob hujusmodi infortunium causam superstitiose investigare, vel sic contigisse dicere ob aliquod signum præcedens, puta in exitu domus, catus vel lepus offendat? Respond. Idem *Mart. de Arles, in tract. de superstitionibus nume.* 16. non licere, & esse peccatum ista observare.

Quæstio CCXLIII.

An liceat istis Incantatoribus Equorum & Jumentorum facere vermen quendam suspendere? Respond. *Mart. de Arles. in d. tract. de Superstit. sub. num.* 44 licere, si utuntur licitis verbis, & adjurationibus: si autem a lingua inutilia verba & superstitiosa facta ad misceantur verbis sanctis, ut ipsi faciunt, prohibendi sunt, secundùm illud

Apoſtol.prima, ad Theſſalonicenſes v. ab omni (inquit) ſpecie mala abſtinete vos *c. cum ab omni. extra de vita & honeſta. cleri.*

Quæſtio CCXLIV.

An debitor obligatus alternativè ex ſtipulatione ad dandum Equum vel centum, ſatisfacit, ſi tempore ſolutionis Equus ſit debilior, quàm tempore obligationis? Reſpond. ſatisfacere, & hæc quidem eſt communis opinio, *Cur. Iunior. conſi.* 24. *Moder. Hiſp. in tract.* communium opinionum, *verſic. Debitor, Vide Alexandr. in conſi. xvij. col.* 2. *circa medium.*

Quæſtio CCXLV.

An commodare Equos, eſt onus reale, pro quo poſſint collectari commodatores, vel ne? vide per *Areti. in conſi. cxxxij. col.* 2. *circa. prin.* ubi dicit multa eſſe onera realia mere, quæ non habent uniformem perpetuamq; præſciptionem ſicut commodare Equos. *l. Munerum.* ¶. *patrimoniorum ff. de Jure immuni.*

Quæſtio CCXLVI.

An viſitatores pro ferraturis Equorum poſſint aliquid exigere? Reſpond. *Pavinus. in tract. de viſitationibus quæſt. ix. primæ. partis nume.* 30. *quod ſic.*

Quæſtio CCXLVII.

Nobilis habet privilegium, ne conveniatur, niſi in quantum facere poteſt, ſcilicet deducto ne egeat. Aliquis eſt nobilis & habet Equum: an ita erit fienda iſta deductio, ut ſolus abſque Equo remanare coactus ſit? Reſpond. *Bonicontus, in tracta. de Nobilitate, parte v. nume.* 65. quod non, & ſolus abſque ſuo Equo eſſe, cogi nequit.

Quæſtio CCXLVIII.

Miles cadit ab equo, an præfertur ei, qui factus eſt ſemiviuus ex percuſſione ſibi facta? Reſpond. *Paris de Puteo, in tract. de re militari* ¶. *duo in haſtiludio. trac. v. pag.* 364.

Quæſtio CCXLIX.

Ductor Equi, vel Equitans, non denunciat hominibus quod Equus rejiciat, vel percutiat, niſi cum percutit, & periculum evitari non poteſt: an veniat condemnandus? Reſpond *Floria. in l. ſi putator. ff ad l. Aquil.* quod ſic de *quo Laur. Sylva, in tract. de Feudi cogni. q. xviij. num.* 1.

Quæ-

Quæstio CCL.

Quid si Equus legatus aufugit: an liberetur hæres, vel teneatur redimere? Respond. *Ang. in trac. de Test am. in glo. xxxij.*

Quæstio CCLI.

Usurarius Equum de pecunia usuraria emit, & alteri donat, postea efficitur non solvendo, nunquid ille qui solvit usuras, possit petere cum effectu Equum emptum de usuris ab ipso possessore? Resp. *Guido præpar. in tract. de usuris, quod sic, nu.* 38. *vers. Pone. quod Usurarius.*

Quæstio CCLII.

Venditor Equi dicit Equus id patitur vitij, nimis rodit, promordet, aut oportet, habenas retineas, idest, cespitat, & consimilia nimis obscure loquitur: an Fiet contra ejus verba interpretatio? Respond. *Cagnolus quod sic. in l. semper in dubijs, nu.* 18. *ff. de regu. iu. per l. idem Iulianus.* ¶. *idem Iulianus, cum. gl. ff de actio. emp, Ang. in* ¶. *prætorum. Insti. de ju. naturali.*

Quæstio CCLIII.

Quis dicit se sponte donare Equum, quomodo hoc intelligitur? Respond. *Cagnolus. in l. qui cum alio, nume.* 25. *ff. de re jur.* quod sponte donasse dicitur, idest non requisitus, & sic idem videtur importare, quòd motu proprio.

Quæstio CCLIV

Testator legat alicui Equos suos & arma an comprehendantur arma Equorum tantùm, vel etiam equitantis arma? Respond. *Bal. in l. i. ff. de ver sig.* quòd etiam arma equitantis. vide *Ripam. in c. ij. de rescri. nu.* 47. *ubi sequitur Bal. & ampliat.*

Quæstio CCLV.

Quis damnum dedit cum pecudibus & Equo, an tenebitur statuto, quod de pecudibus tantum loquitur. Respond. *Ang. in prin. inst. de lege Aquilia. nu.* 5. quòd sic, quia statutum consideravit damnum, & ita iste Equus infert damnum, sicut pecudes in vulgari, nam Equus continetur appellatione pecudis.

Quæstio CCLVI.

Equus tuus est impinguatus mea herba, quam actionem habebo contra te Respond. *Io Fa. inst. si quadru. paup. f. dicatur. col. i. in fi.* ex æquo propter Equum mihi dari actionem in factum. *l. servandum.* ¶. *ff. & l. quotiens. ff. de præscri. verbis.*

Quæstio CCLVII.

Habebam pratum clausum, Equus tuus lascivia ductus, clausuram rupit, & herbam, vel bladum depastus est, quam actionem habebo adversus te? Respond. *Io. Fab. Insti Si. quadr. paupe. fe. di in Prin. illam. §. de pauperie.* sub dubio tamen fortè idem ait. *Pet. Iaco. in ejus Practica. titulo de actione de pauperie. vide glo. in c. si culpa. extra* de injurijs & damno dato, vel habet locum actio de pascuo l. quæ servandarum. ¶. *fin. ff. de præscrip. verb. Amanellus de claris aquis. isto singulari, in suis singularibus.*

Quæstio CCLVIII.

Quis non im̃ittit, sed permittit Equum suum intrare agrum meum & depascere: an teneatur mihi in solidum reficere damnum? Respon. *Io. Fab. Insti. Si. quadru. paupe. fe. dica. col. 2. nume. 9.* quod sic. propter dolum suum. præsentia enim operatur consensum l. falsus ¶. *sed is. ff. de furtis facit. l. ii. ff. de noxalibus. act. vide. Rofr. in titu. de actio. de pastu pecoris, & Bellaperti. q. clxxxii.*

Quæstio CCLIX.

Famulus tuus immisit Equum tuum in re mea, vel fortè passus est malitiosè, vel negligentia, quia forte obdormit, vel erat alibi, qui Equus blada vel prata mea depastus est: an tu dominus mihi teneberis? Respond. *Io. Fab. insti. Si. quadru. paupe. fe. di. col. 2. nume.* 10. quod sic. Si fuisti in culpa in elegendo malè hunc famulum, quæ mala electio semper imputatur. Nisi probetur fecisse diligentiam de inquirendo cum eum recepit, *extr. de lecta. cap. innotuit.*

Quæstio CCLX.

An in legato mobilium veniant Equi, existentes in domibus Testatoris? Respond. *Parisi.* quod sic. *in consi. lxvii. in i. vol. nume.* 1. *contra Corneum.* qui aliter consuluit, in *consil. xlix. in præsenti consultatione. vol.* 3. ubi loquitur sine lege, & casus etiam sunt diversi.

Quæstio CCLXI.

Cui divo antiquitus immolabatur Equus? Respond. *Oldendorpius. in lege xii. Tabu. ca. v.* quod Marti im̃olabatur. Iovi autem maximo ovis. Apolini & Neptuno Taurus. Baccho capra, quæ nũnquam febre caret.

Quæstio CCLXII.

Quid si Equus excœcavit aliquem ;an habeatur ratio deformitatis? Respond. *Rofre. in titu.de actio. in fac. de pauperie. nume.* 6. quod non, sed tantùm operarum amissarum, & impensarum. *ut ff. eo. l.ex hac.& l.vl.ff.de ijs.qui dejece. vel effu.& de hoc. Rofre. ponit libellum.*

Quæstio CCLXIII.

Equus tuus fregit mihi vasa mea, vel vegetem meam calce, & vinum est effusum, naturali puta feritate : an tenearis? Respond. *Rofre. tit.de actio.pauper.* quod teneris mihi. Et liberatur dominus Equi tradendo Equum pro noxa, Et opus est, quod Equus det damnum per se, non instigatu alterius, vel per factum hominis, aliàs dominus non tenetur, sed instigator, ut fusius ibi *per Rofre.nu* 5.

Quæstio CCLXIV.

Quis Equum sibi damnum dedisse dicit : an ei onus probandi incumbat? Respond. *plo. in rub ff.si.quadru.pau.fe di.ver. dicatur.* quod sic, ibi dicatur & probetur, & sit verum. pro qua gl. *vide concor.per Alberl. in l.j.eo.ti.per Marsi.sing.*570. *& in prac. crimi.in ¶. diligenter,nu.* 174. *& per Pars.consi. cxij. nu.* 13. *in* 1.*vol.* quándo autem statur dicto alicujus, licèt non probet, ponit idem *Marsi.in i.l.j ¶* si quis dicatur, *nu.*17.*cum seq.ff.de quæstion.*

Quæstio CCLXV.

Pone Equi duo commisissent, & alter alterum occidit, quæritur quid juris? *vide.l.j. ¶. cum arietes.ff.si quadru.paup. fe. di.* Nam ibi verbum committere, accipitur pro irritare, sive provocare, ut probat *Oldendorpius in trac. de investigandis actionibus , in prin. nu.* 8. *aliter aut.expendit Bar.in l.j.¶.usque adeo.ff.de injuriis.*

Quæstio CCLXVI.

Omne verbum dubium eget interpretatione *l. j. ¶.*sed sciendum. *ff.de edil edic.inibi.* Ego Puto, Ædiles tollendæ dubitationis gratia, bis n. achatonicos idem dixisse, nè qua dubitatio superesset, procujus textus intellectu *vide d. m. Alcia. Prætermissorum, li.*2.*pag.mihi* 687. facit, *quòd inquit* Cicero. Nullam artem literis sine interprete aliquo. & quæ sequuntur. *Modo.dicitur in.l. Agaso.ff.si quadru.paup.fe.dic.* quòd cum deduceret quidam Agaso in tabernam equum, equus mulam

olfecit, mula calcem, rejecit, & crus Agasonis fregit: fuit consultum, possetne cum damno mulæ agere de pauperie Agaso? cui responsum fuit *p. Alfenum*, quòd sic. Nam dubium poterat esse, an caput an culum olfecisset & iō Respond. *glo. olfecit. j.* nasum ad culum posuit. Ita *Gammarus, dicit in tra. de veritate.* ac excellentia legalis scientiæ. respondens cuidam medico, qui irridebat gl. illam, & glossam, quæ exponit fœnum, id est, herba sicca.

Quæstio CCLXVII.

Duo permutant Asinum cum equo, & sic sunt uterq; quasi emptor & venditor. *l. sciendum ¶. deinde. ff. de Ædil edic.* an quilibet eorum poterit agere redhibitoria pro vitio equi, vel Asini? Respond. Pet. Iac. *in ejus Pract.* ubi agit de actio. exempto redhibitoria, quòd sic *ibi col. 2. ubi.* etiam dicit, quod habent locum in equo dato insolutum. cum illud vicem emptionis obtinet *C. de euic. l. si prædium.* & ibi subdit quòd vix est aliquis Equus, qui aliquando non calcitrat. Et an sit calcitrosus Equus morbosus, vel vitium in eo sit leve hoc totum remittitur judicio Mareschalchi. secundum ipsum ibi: non unius, sed duorum ad minus, qui super eorum juramento habent, deponere.

Quæstio CCLXVIII.

Quid si culpa Emptoris Equus sanatus recidaverit: an ipse ab agendo repelletur? Respond. *Pet. Iac. in pract. titu i[illegible] de actio. ex emp. red.* hibitio, quod sic *argu. l. quod quis ex culpa. ff. de re[illegible]* [illegible] de hac recidivatione, tangitur ad alium tū finem *ff. locati. [illegible]* Secus atque si infra breve tempus recidaverit absq; ipsius culpa, quia præsumitur Equus non sanatus, seu curatus, & tunc tenebitur venditor, ex brevitate. n. temporis potest assumi præsumptio, ut ali[illegible] *ff. [illegible] credito. l. si. neuter. in fi.* Breve itaque tempus, vel longum committitur judicis arbitio cum consi. Mareschalcorum.

Quæstio CCL[illegible]

Quid si emptor Equi vitiosi est M[illegible], & [illegible] arte peritus: an poterit redhibitoria, vel quando m[illegible] *Petr. Iac. in Prac. sua, titu. de actio. ex em[illegible]* [illegible] antia plerumque peritissimos [illegible] *l. [illegible] ff. de [illegible]* idem dicit,

si

si venditio facta fuit inter absentes , & sic non fuit emptori imputandum.

Quæstio CCLXX.

An venditor teneatur ad interesse, si fuit in mora cavendi, de vitiis & morbis? Resp. quod sic. *Pet. Jac. in Prac. sua, tit. de actio. ex emp. redhi.* poterit enim ipse emptor agere redhibitoria contra eum infra duos menses, dato, quod nullum vitium vel morbus insit in equo l. *si venditor. ff. de Edil edic.* vel ad interesse infra sex menses : sed parum & debile erit tale interesse secundum ipsum.

Quæstio CCLXXI.

Venditione & traditione facta, si precio nondum soluto Emptor cognoverit Equum esse vitiosum & morbosum , & nihil ominus postmodum ipse sic sciens solverit precium : an poterit postea agere redhibitoria, vel quando minoris? Respond *Pet. Iac. in tit. de actione ex empto quando minoris prætoria. in fi.* quòd non poterit *argu. C. de his,* quæ vi metusve *cau. l. ij. & l. pen. ff. de condi.* ob turpem causam.

Quæstio CCLXXII.

Emptor recusat accipere Equum morbosum, & ligat eum ad januam venditoris, & inde discendit. Venditor timens ne Equus frigore moriatur, vel si se deligat damnificet agros, discurrendo vel se destruat, & sibi præjudicet. Quid habet in hoc postea agere? Re. *Pe. Ia. in Pr. tit de acti. in fac. ædilicia.* Quòd aut ducat recta via ad emptorem quod si recusat accipere, legat equũ ad januam ipsius, vel ducat corã Iudice si vel vult equũ disligare, & recipere in domũ ne pereat, quòd protestetur, quòd equũ recipit infra domũ ne pereat; & quia est nox, & tunc erit tutus venditor, *l. si. quis impediate.* ¶. *pleriq. filij. ff. de religio. & sum. fune.* vel quod dicat, salvo jure suo. *ut arg. ff. quibus mo. pignus. vel hypothe. sol. l. si debitor.* ¶. *i.* & ait idem *Pet. Ia.* quod actio illa in factum ædilicia non durat , nisi xl. diebus l. ædiles autem, *in prin. ff. de ædil. act.* credit tamen, quod post xl. dies poterit agere certi conditione generali, vel sine causa.

Quæstio CCLXXIII.

Equus fuit alicui furto subtractus: an alius, qui in eo aliquod interesse non habet, possit accusare furem de furto ? Respond. *Pet. Iac. in prac. titulo, super accusatione furti libell. col. 3. ad fin.* quod non: furtum

enim non est crimen publicum, sed privatum *l. fi. ff. de furtis.* ergo extraneus non potest de furto accusare, *ut no. in l. fi. ff. privatis delictis.*

Quæstio CCLXXIV.

Nocte quadam horâ suspectâ quis fuit visus ad januam stabuli tentare, si posset intrare, & cum videret transeuntem, se abscondebat, & postea redibat ad januam, an erit vulgaris opinio, seu suspicio contra eum, ut vellet furto subtrahere inde Equum? Respond. *Pet. Iac. tit. super acusa furti. in ver, suspicio.* quod sic l. cum de lanionis. ¶. *Asinam ff. de fundo instructo.*

Quæstio CCLXXV.

An tale indicium, de quo q. præcedenti, probari sufficeret per unum testem? Respond. *Pet. Iac. tit. de actione furti nec manifesti, ubi de libello. super. ver suspicio* quod non. *C. de testibus l. jurein. secundum Ioan. at contra Azo,* & quilibet eorum etiam inducit pro se, & reputat casum legis, *ff. de qq. Maritus; & D. Bertran.* tenet opinionem *Ioannis,* & ibi *Pet. Iac.* ponit plura indicia contra fures, ut possint quæstionari, & ibi etiam de tormentis, & modis quæstionandi, etiam ait, quod modus quæstionis est in arbitrio judicis. *l. quæst. & . l. de minore.* ¶. *tormenta. ff. de qq. vide D. Machellum, Patrocinio xlvij.*

Quæstio CCXXLVI.

Quæro antequam feratur sententia interlocutoria ad torquendum, seu ad quæstionem habendam: an oporteat probare accusatorem amisisse equum ipsius furto subtractum? Respond. *Pe. la. ubi supra in* ¶ *sequunt,* quòd sic *ar. ff. ad Sillania. l. i.* ¶ *item illud, & l. prius.* potuit. n. esse, quod accusator nunquid habuit talem Equum, vel stabulum non erat in domo illa, & sim. debet igit probare, quod ipse habebat talem Equum, & quod in nocte, in qua suspectus fuit, visus ad ianuam dictæ domus, seu stabuli fuerit data præbenda auenæ, d. Equo in stabulo et postea de mane equus non fuit ibi inuentus, & janua fuit rupta, & similia.

Quæstio CCLXXVII.

Probatum est furtum sic criminaliter agendo contra furem, qui equum furto subtraxit, an in sententia judex poterit pronunciare Equum

Equum accusatori restituendum? Respond *Pet Ia tit. de actio. fur nec mani.* ubi de sententia contra reum meminit, quòd sic, distinguendo, ut per eum.

Quæstio CCLXXVIII.

Quomodo puniatur equi vi raptor? ponit *Pet. Iac. in prac. tit de actio. vi. bon. rap.* quòd debet condemnari in quadruplum, equo in quadruplo computato, s. ad restituendum equum actori, & in triplum æstimationis dicti equi, dandæ & solvendæ ipsi actori, & victum victori in expensis condemnari.

Quæstio CCLXXIX.

Equus meus fuit mihi per vim raptus, an potero per vim similiter recuperare? Resp. *Pe. Ia. in ejus prac. tit. de duello*, quod sic, incontinenti. s. sine metu criminis, ut probatur. *ff. ad. l. Aquil. l. si. ex plagis.* ¶ *tabernarium, & de vi & vi arm. l. iij.* ¶ *cum igitur.* secus si ex intervallo, quia tunc secunda violentia punietur, & Prima violentia punietur, & prima violentia esset ex toto per secundam absorpta, ut *C. ad l. Iul. de vi pub. vel priva. l.* si quis ad se fundum, quod verum secundum ipsum, mirabile specialissimum, quod crimine sic tollatur.

Quæstio CCLXXX.

Dominus equi occisi habuit corium ipsius equi, an deducetur valor ipsius corii in condemnatione equi illius, per judicem, scilicet? Respond. *Pet. Iac. in prac. tit. de actio: aquil. noxa.* quòd sic, ubi etiam ponit libellum pro Equo occiso. vide *Bellamper. q. dxlvij. col. iij.*

Quæstio CCLXXXI.

Casus his versibus in facto evenit.

Nexus ovem geminam supra spinam duxit equinam,
Læsus surgit Equus pendet utrumque pecus.
Atque molendinum pondus portatur ovinum.
Spargendoq; focum, se cremat atque locum.
Custodes aberant, & sua damna ferant.

Dominus molendini combusti petit emendam á domino equi, qui equus sparsit focum, & ex inde combustum fuit molendinum. Quæritur quid juris? Respond. *Pet. Iac. in Prac. tit. de actio. de paupe.* Quod non potest agi contra dominum equi, quia equus fuit commo-

tus à pondere ovium, Item quia equus fuit combustus. Nec dominus equi potest petere damnum equi mortui & combusti à domino ovium, quia oves commoverunt equum ad intrandum molendinum, & ex inde combustus fuit. & sunt mortuæ, & conbustæ. *l. i* ¶. *plane. ff. si. quad. paup. fe di.* Si autem prædictæ oves super essent, tunc tam dominus equi, quasi dominus molendini haberet actionem de pauperie contra dominum ovium. Ipse tamē dando eas pro noxa, posset si liberare à damnis resarciendis, seu emendandis, ut ea *l. in prin. & insti. eo. in prin.* Sed si dominus ovium reperitur in culpa, Tunc non haberet locum actio de pauperie, & si cessaret datio pro noxia Sed ipse teneret ex *Aquil.* & sic insolidum, *ut ff. eo l. 1.* ¶. quod si propter iniquitatem. Item si dominus molendini fuit negligens super custodia ignis dum equus intrasset molendinum, fortè non posset agere contra dominum, licèt oves superessent. l. item quæritur. *ff. loci* ¶. *exercitu. & ff. commo. l. si ut certo.* ¶. *sed interdum.* volenti. n. dolus non infertur *l. cumdonationis. B. de transac.* nemo videtur fraudare. *ff. de re. iu.* Item damnum quod quis sua culpa sentit, sentire non videtur, quod quis ex sua culpa *eo. titul.*

Quæstio CCLXXXII.

Aliquis posuit spinas subtus caudam equo tuo, qui taliter commotus pauperiem fecit. Qua actione teneatur commovens? Respon. *Pe. Ia. tit. de actione de pauperie, col. i.* teneri actio. legis *Aquil.* quia fuit in culpa. *l. i.* ¶. quod si propter iniquitatem. *ff. si quadru. paup. fe. di. &* ¶. generaliter, *& ff. ad. l. Aquiliam l. item Mella.* ¶. *item cum eo.*

Quæstio CCLXXXIII

Quid si, porcus momordit equum, & equus ob id occidit porcum, an habebit locum aliqua actio contra dominum equi? Respond. *Pet. Iaco. iu pra. tit de actio. de pauperie. col. 2.* quod nulla erit actio. *l. i.* ¶. cum arietem. *ff. si quadrupes. paupe. fe di.*

Quæstio CCLXXXIV.

Quid si canis momordit equum, & equus inde commotus recalcitravit, & calce occidit porcum: an dominus equi tenebitur? Respo. *Pe. la. in tit de actio. de paupe. col.* 2 quod non. Sed dominus canis tenebitur actione illa de pauperie *l. i.* ¶. & si alia quadrupes. *ff. si. quadru. paupe. fe. di.*

Quæ-

Quæstio CCLXXXV.

Quid si quis palpasset Equum suaviter & benignè cum manu in collis, ut communiter fit, & equus tunc recalcitrans occidisset porcum: an palpans teneretur aquilia? Respond. *Pet. Iaco. tit. de actio. de paupe.* quod non. Sed actione de pauperie contra dominum esset agendum, *l. i.* ¶. at si equum. *ff. si quadrupes paupe fe di.* Esset tamen respiciendum an ille palpans esset in culpa. palpare. n. in loco sic solito non est commovere. Si autem sciret equum calcitrosum, palpans teneretur, & sic cum palpabatur, statim recalcitrabat.

Quæstio CCLXXXVI.

Quid si musca equum stimulans calce porcum interemit: an teneatur dominus equi emendare damnum domino porci? Respond. *Petr. Iac. in d. tit. de actio. de paupe.* quod non. Idem si lupus momordisset equum.

Quæstio CCLXXXVII.

Quid si canis curialiter lambebat equum, vel osculabatur enim in pede, & equus occidit porcum an dominus equi vel dominus canis tenebitur ad damnum? Respond. *Pet. Ia. in tit de actio de paupe. col. 2.* quòd dominus equi, & non dominus canis tenebitur, *l. fi. ff. si quadru. paupe. fe. di.*

Quæstio CCLXXXIIX.

Quid si equus intrat domum alicujus, & subito commedat aliquid: an habebit locum actio ipsa de pauperie? Respond. *Pet. Iac. in Pra. d. ti de actio. de paupe.* Sibi videri, quod sic. videtur tamen debere agi tunc actione in factum ex quadam æquitate. *ut. ff. de præscrip. ver. l. quotiens, & l.* qui servandarum. ¶. *fi. ubi etiam virum. argu.* quòd actio de pauperie non habet locum ibi. Et si dominus vult dare equum pro noxa, poterit. & ibi etiam ponit *Pet. Iac. de Cane, vel catto*, non sylvestri, qui panem ingressi domum alicujus comedunt, vel quid aliud simile agunt, & de verre, & cane ligato dante damnum, & ibi de pauperie tusius, *pag. 136. col. 2.* *Quæstio* CCLXXXIX.

Reus accusatus fuit mentitus, negando se esse dominum equi, qui damnum dedit, quomodo tenebitur? Respond *Pet. Ia. tit de actio. de paupe.* Teneri in solidum actione de pauperie sine noxæ deditione. *l. i* ¶. *interdum ff. si qua pau. fe. di.*

Quæ-

Quæstio CCXC.

Quid si post litem contestatam equus esset occisus ab aliquo, sine mora tamen,& sine domini ipsius equi,qui equus occiderat porcum? Respond. *Pet. Iac. in prac. titu. de actio de paupe.* Quòd sufficeret, quòd Dominus equi cederet actionem Domino porci, contra illum, qui equum occidisset. *l. §. si post. litem. & §. plane. ff. si quadr. paup. fe. di. & l. electio. §. si is. ff. de noxalibus.*

Quæstio CCXCI.

Mulier fortè fortuna mingebat,& exinde ex illo sono irritatus canis momordit equum: an Dominus Canis tenebitur. Respo. *Pet. Ia. in Pra. tit. de actio. de Paup.* quòd non, quia Canis fuit commotus, seu irritatus ex illo. similiter nec mulier tenetur, quia mingendo rem naturalem agebat. argu. l. si, servus servum ¶. fornicarius. *ff. ad l. Aquil.* nisi probaretur mulierem esse in culpa, quòd aliàs accidit sibi, quod quando mingebat Canis irritabatur. Tunc. n. ipsa teneretur actione legis Aquiliæ. vel actione in factum. *l. item. mela.* ¶. *cum eo ff. ad l. Aquil.* debuit. n. providere sibi illa mulier, ubi & quando mingebat si poterat, quia qui occasionem damni dat, damnum dedisse videtur. l. qui occidit. ¶. *in hac ffi. si quadru. pape. fe. dicatur.*

Quæstio CCXCII.

Quis emit à te equum si placuerit, equus sibi non placet, infra quantum tempus posset restituere? Respond. *Roma. singu.* 758. quòd posset restituere spatio lx dierum tantùm, & non post, declarari potest. casus est in l. quòd si nolit. ¶. *si. quis ita. ff. de edili. edic.*

Quæstio CCXCII.

Equus cum equo est permutatus,& est vitiosus, an erit locus redhibitoriæ? Respond. *Fran. Cremen. singu.* 158. quod sic.& ibi etiam qualiter teneatur venditor de vitio equi, & per *Bellaperticam, q. lviij. & vide supra.*

Quæstio CCXCIV.

Egi quantominoris contra te pro equo vendito, modò equus erat quasi in utilis, adeo, pro nihilo emissem, an Iudex poterit te condemnare redhibitoria? Respond. *Fran. Cremen. nu.* 159. quod sic. *tex est in l. bovem.* ¶. *aliqudo ff. de. Ædil. edic.* quod limitat ibi *Angel.* Si modo egi

egi quanto minoris infra ſex menſes, ex quo. n. Index omittit illam quanto minoris, & amplectitur redhibitoriam , tunc redhibitoria ſolum durat ſex menſibus, ut juribus allegatis.

Quæſtio CCXCV.

Egi redhibitoria poſt ſex menſes pro equo vitioſo , & ſuccubui: an potero infra annum agere quantominoris ? Reſpond. *Fran. Crem. ſingu.* 154. quòd ſic probat. Nam actio quantominoris clauditur anno, redhibitoria autem clauditur ſemeſtri. & act. de dolo biennio. *Corſetus. ſingulari, ver. præſcriptio. incipi.* licèt regulariter.

Quæſtio CCXCVI.

Forenſes mercatores plures, qui venerant Ferrariam cum centum equis, iſtos equos mihi vendiderunt ſimul, poſtea pars eorum aufugit, & equi venditi reperiuntur morboſi: an ſuperſtites Ferrariæ mercatores teneantur inſolidum pro iſtis equis venditis? Reſpond. *Franc. Cremen, ſingu.* 165. quòd non, ſed pro virili. Nam qui habet minorem partem in ſocietate, non tenetur inſolidum, ſed ſolùm de ſua particula & hoc eſt ſpeciale in iſtis ædilicijs actionibus.

Quæſtio CCXCVII.

Quis equum meum interemit; an potero contra ipſum criminaliter agere Reſpond. *Amanellus ſing. ſuo*, quod ſic, *ut no in l ſi ff. de. privatu delictis.* no ibi ver. occidat, & ſic intervenit dolus.

Quæſtio CCXCIIX.

Ruſticus ivit in aliquo loco ad ferendum teſtimonium equeſter: an ſibi danda erit expenſa pro equo ? Reſpond. *Amanellus, ſing. iſto.* quòd non. *ut no. ff. manda. l. idem* ¶. *labeo.*

Quæſtio CCIC.

An vocans amicos ad bellum injuſtum teneatur de equis amiſſis? Reſpond. *Gui. propter. ſing.* 226. quòd non.

Quæſtio CCC.

Quomodo in actione de pauperie pro equo concludetur? Reſpo. *Specu. de quo per Gui. propter. ſingu.* 784. *per. tex. in l. i. in prin. ſi quadru. paupe. fe. di.* alternativè ad duo. aut ad æſtimationem noxæ datæ, aut animalis, quod nocuit pro noxa tradere.

L *Quæ-*

Quæstio CCCI.

Quis Commodavit Equum alicui, qui cum deteriorem fecit, & vellens restituere domino, noluit recipere, quid videns comodatarius equum dimisit ad ostium domini, præsente ipso domino, & testibus, qui equus postea fuit derogatus: Cujus nam erit periculo? Respond. *Castr. in l. qui stichum. col. fi ff. de solutio.* quod periculo commodatarij, quia ipse dominus non tenebatur acceptare sine precio deteriorationis. refert & sequitur *Marsi. sing.* 607. superioribus, vide *Bellaper. q. cxxxiiij. & q. cccxxiiij.*

Quæstio CCCII.

Tu tenes equum meum, & mihi petenti denegas, ego eum tibi refero violenter: an tibi dabitur actio vi bonorum raptorum? Respon. *Soc. in fallen. regula* 86. *fallen.* 1. quod sic, & in hoc non habet locum regula, quod paria delicta mutua compensatione tolluntur.

Quæstio CCCIII.

Quid si ragatius dicat; iste equus est meus, an sibi erit credendum, quod sit suus, quò ad dominum? Respond. *Soc. in fallen. regula.* 95. *fallen.* 2. quod non. nam intelligitur, quò ad curam, & solicitudinem, *ut no glo. in l. ij. ff. de origi. jur. facit. l. si cum pupilli.* ¶. item quæritur. *ff. de negotiis gestis.*

Quæstio CCCIV.

Quis cæpit equum damnum dantem in fundo suo: an standum erit juramento ipsius suæ, quod sic in fundo suo cæperit? Resp. *Mansue in ti. de expensis. interesse, & damnis, in prin.* quod sic. contrarium tamen probari poterit.

Quæstio CCCV.

Debitor offert creditori equum debitum, qui non vult acceptare, & debitor non potest sine periculo relinquere, an habeat penes se custodire, vel secus? Respond *Bellaper. q. xlij.* Nam aut debitor invenit aliquem penes quem securè potest deponere? Et tunc ibi deponat, aut non invenit, & absque sumptu? Et tunc retinere non habet, nisi velit relinquere in tuto alibi, & liberationem consequitur.

Quæ-

Quæstio CCCVI.

Quid si plures sint hæredes, & unus eorum egerit, & partem consequutus fuerit, an partem illam cum alijs communicabit? Respon. *Bellaperr. q. xlv.* Nam aut erant illi partes in tali specie, cujus partes non recipiunt in suo genere functionem, ut quia etiam tu debebas illis socijs tres, vel quatuor equos: tunc quia unus equus cum aliquo non recipit functionem, alijs communicare non tenetur l. *cum stichũ. ff. de solu. cum simi. ut ibi per eum.*

Quæstio CCCVII.

An si dicam, vendo tibi Equum quantum voluero, valebit contractus? Respond. *Bellaper*, *q. xlviij.* quòd non. Secus si confertur contractus in voluntate tertij, quia valet. Si arbitretur æquum, secus si iniquè.

Quæstio CCCVIII.

Vendito tibi Equo, cujusnam erit periculum ejus ante traditionem? Respond. *Bellapertica. q. 52. venditoris. l. ij. ff. de pericu. & commo. rei. vendi. & l. ut ratione. ¶. incerti. ff. ad. l. Falci. & Bellaperti. q. 51.*

Quæstio CCCIX.

An quis sit cogendus vendere equum suum alteri? Respond. *Bellapert. q. clxij*, quod non, etiam si justum offeratur precium fallit in casu necessitatis publicæ eminentis. *l. fi. ff. ad. l. Iuliam de anno. & l. i. ¶. corporum. ff. ad l. rhodiam de jac.*

Quæstio CCCX.

Commodaverat quis equum suum mihi ad eundum Parisios, cum autem potuissem ducere per viam, duxi per nemora, ubi erant occulti latrones, qui vi acceperunt mihi Equum: an tenear de casu? Respond. *Bellap. q. clxiij.* quod sic. Nam culpa mea præcedens casum, facit me tenere de periculo. l. si ut certo. *¶. sed ut interdum ff. com.*

Quæstio CCCXI.

Testator legat Equos suos, an fætus editus post testamentum veniat in legato? Respond. *Dilec. de arte testan. tit. vj. caute, x.* quòd non. *l. fi. ita ff. de leg.* 3. Debebat. n. testator legare armentum equorum, si volebat, ut fætus deberetur. secundum ipsum.

Quæstio CCCXII.

Si cui Equi æstimatio legata sit: an mortuo Equo ipso, legatarius æstimationem habebit? Respond. *Dilec. de arte testan. ti. vi. caute. xxv.* quod non: nam æstimatio speciei relicta, si species relicta pereat, non debetur. l. quidam. ¶. *si tibi. ff. de leg.* 1. Sed ut equo mortuo debeatur æstimatio certa, & designata relicta, quia quando æstimatio est expressa, & taxata. debitor quantitatis respectu speciei, perempta specie non liberatur, quod probat.

Quæstio CCCXIII.

Incursu hostium fuerunt Equæ deperditæ, quas tunc habebat rusticus in socidam: an ipse rusticus teneatur reficere damnum domino? Respond. consulendo concivis noster egregius *D. Ia. Aem. in cons. xxxvij.* non aliter teneri. & ibi ponit quando etiam socidalis de culpa & casu teneatur.

Quæstio CCCXIV.

An armatura hominis & equi, veniat in legato equi armati? Resp. quod non. Licèt si in legato equi & armorum, & si plures sunt minor debetur nisi qualitatis personarum aliud suadeat, *Bal. l. i. ver.* sed quid si testator, *cum versi. seq. C. de verbo. signifi. Flo. in l. vetus. de usufruct.*

Quæstio CCCXV.

Conductor Equi secum ducit nuntium locantis, & postea reconducit equuum: an conventio facta cum nuntio, vel termini prorogatio tollit, vel perimit, aut alterat obligationem ipso domino locante? ab initio quæsitam? Respond. *Ang. in.* §. *Calimachus ff. de verb. obl.* de quo *Alex. in d. §. nu.* 3. quod non, licèt *Alex.* relinquat cogitandum.

Quæstio CCCXVI.

Quis sciens equam meam possidet, quæ penes eum peperit. Quod remedium habeo contra ipsum, ut equam & fœtum mihi restituat; Respond. *Specula. in tit de causa possessio & proprieta. §. iij. vers.* tertio locum habet sub *nume.* 29. *lib.* 4. officium judicis, & ibi ponit libellum.

Quæstio CCCXVII.

Quid si vasallus promisit, quod manu tenebit unum equum ad honorem præceptum, & servitium Episcopi. Aut dabit, & solvet omni

ni anno tot menſuras vini, ſi ei placuerit, & vaſallus aliquid iſtorum non fecit non requiſitus an cadit à jure ſuo? Reſpond. *Bal. conſi. cxej. in ut cætera 1. vol* quod non cadit, refert ſic *Bare. in trac. de Mora. par. vlt. n. 19. in fi. ti. xvi.*

Quæſtio CCCXVIII.

Equus in foro frondes habet in capite, quod ſignum hoc erit? Reſ. *Rofr. de conſtitutione*: ſi qui deſideria, *col. 2.* ſingnificat, quod eſt venalis. Cum igitur equus in foro deductus ſit venalis, non eſt quid aliud quærendum. Nè ſic in im̃enſum creſcat damnoſa papyrus.

F I N I S.



HIPPOLYTI BONACOSSÆ

J. U. D. Ferrariensis.

IN MATERIA EQUORUM TRACTATUS.

PARS QUARTA.

QUoniam (ut inquit Cicer. pro Murena) quicquam tam augustè scriptum non est, quòd ipsi non possit, qua de re agitur, addere, ideo & sequentes quæstiones addere è re volui.

Quæstio CCCXIX.

An promittens, quòd equus est bene ambulans, censeatur promittere factum alienum? Respond. *Fab in insti. de inutili stipul.* quòd non. *in* ¶. *si quis alium*, quia hoc non est factum alienum, id est ab aliò faciendum, sed quædam qualitas secundùm præsens, vel præteritum, & ideo in Ædilicijs non est aliquid speciale.

Quæstio CCCXX.

Quæro an inquisitus de furto equi, torqueri possit? Respond. *Riminal. in consil.* 32. *in i.* quod sic. si est quid magnum, secus si leve, & modici valoris duorum puta vel trium florenorum.

Quæstio CCCXXI.

Loco tibi Equum pro certo precio cum pacto, quod si perierit, tibi pereat; an erit contractus usurarius? Respond. quod sic. *Spec. de loca.* ¶. *nunc dicendum. de quo Rimi. consi.* 91. *nu.* 10. *per apostil.*

Quæstio CCCXXII.

Quomodo probabitur, quod Equus sit mortuus ex percusionibus? Respond. *Rimi. consi.* 360.

Quæstio CCCXXIII.

Quid si non est probata equi petiti æstimatio, qui ex percussionibus sit mortuus? Respond. *Rimi. consil.* 360. in fine, quòd judex ex offi-

officio poteſt ſe interponere pro liquidatione. juxt. no per *Bar. in l. ſi quòd Pamphilo. ff. de leg. 2. & in l. vlt. C. de ſenten.* quæ pro eo, quòd intereſt.

Quæſtio CCCXXIV.

Agebas contra me, quod traderem tibi equum, quem dicebas, me tibi vendidiſſe. Ego lite conteſtata negavi: produxiſti teſtes, judex pronunciavit pro te, volo excipere, quod non tenear equum tradere, niſi offeras precium: an poſſim? Reſpond. quod ſic. *Ioan. Fab. in* §. *appellantur. nu.* 10. *inſti. de exceptio.*

Quæſtio CCCXXV.

An equi conductor non reſtituens, teneatur de furto? Reſpond. quod non. *Rimina conſi.* 385. *nu.* 53.

Quæſtio CCCXXVI.

Cuidam Bononienſi, Bononiæ fuit equus furto ſubtractus, & Ferrariam ductus, ad quam ſe tranſtulit, & equum ab alio emptum Ducali reſcripto impetrato, petebat: an debeat probare equum furto ſibi ſubtractum? Reſpond. *Barb.* quòd ſic. *in conſi.* 42. *in.* 2. *vol.*

Quæſtio CCCXXVII.

Quinam debeant eſſe martiales equi? Reſpond. *Ferretus de equis martialibus.*

Quæſtio CCCXXIIX.

An conſignatio cadat in equo? Reſpond. quod non, ſed oblatio. *Bar. in l. ſi mora. n.* 7. *ff. ſolu. mat.*

Quæſtio CCCXXIX.

An dominus, Equum inveniens ſuum furto ſibi ſubtractum, autoritate propria de manibus furis auferre poſſit? Reſpond. quod ſic. *Ange. in l. qui vaſ. ff. de fur.* Et hoc, ſi fur cum equo fugit, vide ibi *Iaſ. conſi.* 20. *vol.* 3. *in princ.* ubi communem dicit, *Petr. Rauen. in alpha. aureo. ver. fur.* & ego *dico in meis communibus criminalibus opinionibus propediem in lucem venturis. in ver. Dominus.*

Qua-

Quæstio CCCXXX.

Duo habebant equos in ſtabulis ligatos , quorum alter alterum percuſſit in ſpatula,ex quo eſt moruus: an dominus equi percuſſoris equum pro noxa dare , vel damnum reſarcire teneatur ? Reſpond. *Andr.de Alferijs.inter conſi.crimi.* 27.quòd ſic,quoties ſcilicet conſtat, quòd non provocatus percuſſit , ſecus ſi non conſtat , quis nam fuit aggreſſor, ut ibi per apoſtillantes.

Quæstio CCCXXXI.

Equus ne ſcholaſtici gaudet ejus privilegiis?Reſpond.*Bal.in auth. habita. C.ne fili. pro patre.*quòd ſic

Quæstio CCCXXXII.

Quis cœpit Equum ſolivagum in paſcuis: an dicatur quempiam ſua ſpoliare poſſeſſione?Reſpond. quod non,quando credebat ſuum eſſe equum , vel ſciebat alienum , poſſeſſio licèt non fuiſſet apud dominum. *Portius* ,vel quisquis ille fuerit *in ſuo commu.opi.libr.*1.*conclu.* 28.*in* 13. *limita.*ſed an incidat in pœnam l.ſiquis intantum.*C.unde* vi? Et non incidere dicit *Zannetinus de acquiren. vel amitten. poſſeſſ. nume.* 37.temeritas etenim compeſci debet.*ex.l.fi.C.unde vi.l.*ſi *quis abortionis. ff.de pœnis.* Ibi res mali exempli. ſecus atque, ſi equus incæperat à paſcuis aberrare. *Alexan.in l.* 3.¶. *Nerva.ff.de acquiren.poſſeſſio. Bar.d. l.ſi quis.*

Quæstio CCCXXXIII.

An equus natus ex equa litigioſa, pendente lite,vendi poſſit ? Reſ. *Afflic.ſuper conſtitu. regni rubri.* 41.*nu,* 19. *ver decimus octavus caſus.lib.* 2. quòd vendi poteſt.

Quæstio CCCXXXIV.

Emens, ne equum furto ſubtractum à tranſeunte, puniatur furti , & precium amittat?Reſpond,*Afflic.ſuper conſtitu Regni.lib.*3.*rubri.*36. furti non teneri , amittere tamen precium. *Portius conſi.* 60. quid ſi cum cautela. x.Cœpole emerit erit ne ſecurus? Reſp. quod ſic, *ex decreto Illuſtriſſi. & Excellentſſimi D. Ducis noſtri*, ſed alibi non erit ſecurus , ubi non adſit ſimilis proviſio. *Natta in conſilio.*439.*de quo.Clar.in practi. crimi.*¶ *furtum. verſic.* ſed hic incidenter. Et ſi Equum acquiſivit bona fide , tenetur eum reſtituere, ſi extat,& ſi non extat,tenetur quate-

quatenus effectus sit locupletior, quàm conclusionem dicit Clarus esse frequentissimo Theologorum consensu receptam, & probatam. *Didacus in repeti, c. peccatum fol.* 393. Et nunqam bona fide durante emens, tenetur rem restituere, *si perijt l. 2. C. de fur.* item bona fide durante, expensas, quas fecit in equo ipso consequi poterit, & equum ob id retinere, quo fuerit satisfactus. *Angel. in l. si non sortem. §. si centum versi.* & super hoc puncto. *ff. de condi. indebi.* & si dicta bona fide durante sententiam contrariam reportet, poterit emens precium consequi à venditore, quem prius debet citari facere, ad suscipiendum judicium in se, & eum defendendum, & servet incolumen. in conscientia autem, qualitercunque restituerit Equum domino venditori, tenetur ei ad precium: summa Angeli. in ver. restitutio. *num. 7. ver.* utrum emens rem raptam: vide *decis. Tholos.* 151. *& etiam Beninten. concl. Bono.* 34.

Quæstio CCCXXXV.

Emi ab advena Equum, & precium persolvi, qui denegat mihi dare. Potero ne hic, ubi contraxi, eum convenire? Resp. *Bart.* quòd sic. *in l. hæres absens. §. perinde. ff. de judi. col.* 2.

Quæstio CCCXXXVI.

Promisit quis servitium cum equis: an liberatur, si servivit cum malis equis? Respond. quòd non. quia debet servire cum bonis & aptis Equis ad servitium. *Bal. in l. qui sibi. §. qui saccum. ff. de solu.*

Quæstio CCCXXXVII.

Quid si equus est derobatus, & per aliquod spacium itineris fuit abductus, & de loco ad locum contractus: an postea pœnitentia eximat à pœna vi raptorem, vel derobatorem? Resp. d. m. *Cæphalus, quòd non. in con. 57. nu.* 48.

Quæstio CCCXXXVIII.

Quidam mutuo accepit equum, ut rus peteret, qui postea fuit in mora illum restituendi domino, & interim est mortuus, vel deterior effectus, cujusne erit damnum? Resp. *Morosi.* si tamen liquido constiterit, eodem prorsus modo apud creditorem fuisse interiturum, secus esset, ut est communis opinio *Soarez. in ejus thesauro ver. periculum. nu. 91. & 92. l. si plures. ¶. sive autem. in fi. ff. depo. si. l. cum empore*

ptor. ¶ *.emptio.ff.de rescin. ven. vide Placenti. in tracta. de judicijs.* ubi de mora agit, & omnino etiam *Cast. in l. eum, qui. rem. in prin. ff. commoda. nu. 3. Couarru. relec. par. 2.* ¶ *. 6. n. 1. Papi. in for. libelli. ad ficti præstationem. in glo. investivit. nu. 7. fol. 97.*

Quæstio CCCXXXIX.

Quidam perdidit equum, & tandem invenit, & dum vellet habere, opponebatur sibi, quod equus non erat suus, dicebat dominus equi illud signum, quod habet in femore, est meum signum: an isthæc sit sufficiens probatio? Respond. *Bar.* quod sic, *in l. stigmata in fin. C. de fabricensi. lib. xi. de quo Petr. Raven. in Alphabeto. ver. stigmata.*

Quæstio CCCXL.

Quis equas alienas sciens possedit, fœtumque earum, nec potest probare dominium, vel quasi earum, an tunc probando de posessione, aliquod remedium, si impediatur, sibi competat? Respond. quòd sic: nam sibi succurritur, per officiũ judicis. *Petr. Raven. in Alpha. ver. usucapio. col. 3. ad fi.*

Quæstio CCCXLI.

Quid si pro fundo tuo do tibi centum & unum Equum. Erit ne emptio, vel permutatio? Respon. *Bar. in. l. Aristo. ff. de dona.* quod si principialiter emitur, erit emptio; si principaliter permutatur, erit permutatio. Et in dubio, inspicitur, quod plus valet *Pet. Rau. in ver. empt.*

Quæstio CCCXLII.

An bonum est emere equos causa mercantiæ? Respond. *Ange. in l. si negocia col. 2. ff. de neg. gest.* quod est periculosum emere Equos causa mercantiæ quia faciliter ægrotantur, & vitia sumunt propter quæ postea revendi non possunt. & sic ibi probatur illud vulgare.

Donno. Vin, e Caval, chè la mercantia del sal.

Quæstio CCCXLIII.

Quid si in societate aliquorum sodalium quis fuerit derobatus de equo, deinde equus ille invenitur Florentiæ: an qui perdidit Equum per metum sibi illatum in tali societate, recuperabit, eò ipso, quod probet equum sibi fuisse ablatum. licèt non probet per quem fuerit ablatus? Respond. *Ange.* quod sic *in l si cum.* ¶ *. in hac actione. in fi. ff. quòd metus causa.*

Qua

Quæstio CCCXLIV.

Quid si quis dedit Cozono equum vendendum, an erit excusatus, si male fecit? Respond: quod non: quia debuit diligenter præmeditari, an ad suam fidem debuit decurrere. Fallit tamen, si communiter decurrebatur. *Ange. in l.* item videndum. *in prin. ff. de peti hæredi.*

Quæstio CCCXLV.

Commodo tibi equum ad certum usum pro una die, tu autem longius duxisti, & pluribus dieb. tenuisti, perijt equus sine culpa tua commissa in interitu, vel furto est subtractus: an tenearis de furto & interitu? Respon. *Ange in l. qui furtum ff. de condi. furtiva.* quod sic: nisi ratio amicitiæ contrarium suadeat: quia nec eris fur, nec teneris de interitu, quod dicit menti tenendum, quia quotidie accidit, in facto: idem in deposito dicit ibi Ange. *Archiepiscopus Florenti. in ejus summa. par. 2. tit de furto cap. xv.* ¶. 4. *in prin.*

Quæstio CCCXLVI.

Contigit, ut quis equam prægnantem à non domino emeret, & postea fætu jam edito: dominus equam tanquam iniquè sibi subductam, & se invito à non domino venditam, cum fætu reperit, cujus nam erit fætus illius? Respon. *I. C. in. l. bonæ fidei.* ¶. *fin ff. d. acqui. rerum dom.* sibi videri, ut fætus illi cedat, qui equam bona fide emit, ac possidet, propterea, quod & fætus animantium loco fructuum habeatur. *Consi. tit. de nativitate capit.* 30. *parte.* 3. *fol.* 138. summa *Ange. in ver restitutio. nu. 6. versi. utrum emens. vide omnino.*

Quæstio CCCXLVII.

Legatus est usus equorum aurigæ: an solùm jus equitandi habere censeatur, vel etiam jungendi eos ad trahendum currum? Respon. Eos utique ad trahendum, etiàm currum, jùs habere. *l. plenum.* ¶. *reficiend. ff. de usu. & habita. con de ususfructu. parte.* 2. *c.* 64. *fol.* 308,

Quæstio CCCXLIIX.

Minor. xxv. Annis in emptione equi se deceptum dicit. Frena tamen effracta sibi tantùm dicit, quid juris? Respond. *Forcatulus. in*

ſuo aviario. capi. xi. quod pro ambobus debet reſtitui : nam per hanc reſtitutionem majori rei, id eſt propter equum, ex frenis effractis contractui equi vult præjudicare. l.ſcio.*ff.de mino.* quia vult pro re vili majori rei præjudicare.

Quæſtio CCCXLIX.

Quis promiſit non vendere equum, niſi Titio: an ſi alteri vendat, quam Titio, teneat venditio? Reſp. quod ſic. *l.ſi ſterilis.* ¶.*pen.ff. de actio.empt.* quamvis teneatur actione ipſi Titio vendere. tamen ſi alteri vendidit, hæc venditio valet: nam ille, qui promiſit non vendere equum, niſi Titio, cenſetur præmiſiſſe, illum equum venditurum Titio, ſi eum vendere habuerit, non tamen promiſit purè vendere *Covarru.de ſponſa.par.2.capitulo.4.¶.i.nume.5.fol.56.*

Quæſtio CCCL.

Quis eſt debitor unius equi alicui in genere & ille talis ſibi debet quantitatem: an fiet compenſatio? Reſp. quòd ſic. *l.ultima. C.de compenſa.con.titu.* quibus modis tollit. *ob. cap. xxx. par. 3. num. 13. fol. 328.*

Quæſtio CCCLI.

Scholaſticus huc venit ad ſtudium, & duxit equum, ſuper quo venit, & libros, qui decedens legavit in hunc modum. Quæcunque hic habeo, cum moriar, tibi lego: an veniat equus productus? reſp. quòd non. *Ange.in l.debitor.ff.de pigno.& hypo.* cum equum hic non habeat, ut perpetuò hic ſit, ſcilicet libros ſic, & ij tantùm veniunt, quia hic dicitur perpetuò habere ad uſum ſuum, ſcilicet donec ſtudet, vide *le Cirier.in trac.de primogenitura. q.8.lib.2.*

Quæſtio CCCLII.

Quidam equum, ſurripuit, vel aſinum & poſtea occidit, qua puniatur pæna? Reſpond. furti & lege Aquilia tenetur, nec una actione conventus, & ob eam punitus, altera liberatur contra *de oblig. delic.num.8.fol.640.*

Quæſtio CCCLIII.

An extraneus tranſiens cum equo per alicujus territorium, ibi ſortiatur forum ratione rei mobilis, ſicut immobilis? Reſp. *Fran. Mar.deciſ.parla. Delphi q.mlviij.* & quid ſi ſit clericus? *ibi.q.mlx.*

Quæſtio

Quæstio CCCLIV.

An in probando equi valore testis debeat reddere rationem dicti sui? Resp. quòd sic *Campegi. in trac. de testibus regu.* 192. *in* 10. *fallen.* quia requiritur magnus discursus cum intellectu.

Quæstio CCCLV.

Quid si hostes venirent ad civitatem, & civis aliquis eundo pro defensione ad portam, illis resistendo, equum amitteret, & moreretur equus ipsius; an ei debeat civitas, vel commune damnum emendare? Resp. quod sic *Alberi. de Rosa. in l. i. ff. ad. l. Rhodiam de jactu de quo Rolan. à Valle. consil.* 69. *num.* 31. *in* 2. *vol.*

Quæstio CCCLVI.

An usufructuarius habito fundi usu, & commoditate, equorum fructuum paratorum quoque fundi consequetur? Resp. *Gallus in consue. Parisi. in* ¶. *i. in glo.* 8. *num.* 7.

Quæstio CCCLVII.

Stat statutum, quòd assasinus occidens propter precium puniatur: an locum habebit in eo, qui occidit sub spe equi, quem existimet fore, ut sibi donetur à mandante? Resp. *Bal. in consi.* 383. *in* 5. quòd non. d. m. ferme *Ultramontanus. d. Alcia. in consi. xi. n.* 14. *in* 1. *par.*

Quæstio CCCLIIX.

Commodasti tu quidem equam alicui, pullum habentem: an conductor, vel comodatarius de pullo quoque teneatur, quasi idem sit commodatus? Respon. *I. C. in l. si ut certo.* ¶. *usque adeo ff. commoda.* quòd sic: quia in commodato non transfertur dominium, ut in venditione. nec ideo dicitur ibi pullum quoque commodatum intelligi, sed eum, qui accepit, custodiam præstare debere. l. eum, qui. ¶. *non solum ff. de fur. l. i.* ¶. *quæ depositis. ff. deposi.* nimirum igitur pullus matrem comitabitur, quia fortè etiam lactens est, & evitanda est dura separatio. l. plerunque. *ff. de edili. edic. l. quamvis ff. de præca. Forcatulus, in suo Aviario. cap.* 6. *num.* 6.

Quæstio CCCLIX.

An depositarius possit retinere equum depositatum pro sumptibus? Respond. quòd sic. *gloss. & Bal. in l. si quis vel pecunias. C. depositi Angel. in l. si non sortem.* ¶. ¶. *si centum. ff. de condi. inde.*

Quæstio CCCLX.

Quid si quis equos emat, sibi reddendos, à venditore in certis nundinis, pro majori precio quam valent tempore contractus: an sit usura? Respon. quod sic: nisi verisimiliter dubitetur, vel credatur plus, vel minus sint valituri tempore solutionis, summa *Angeli. ver. usura. nume. 72.*

Quæstio CCCLXI.

An vectura equi solui debeat, testi testificanti pro aliquo? Respo. quòd sic: si testis erat solitus dare equum suum ad vecturam, & cum illo equitavit. *Alberi. in l quem. C. de testibus*, *Campigi. in tract. de test. regu. 263* ubi etiam dicit, quòd vectura equi debet solui ei, qui solitus eat equitare, aliàs non.

Quæstio CCCLXII.

An dominus teneatur pro delicto famuli commisso in equo, cujus custodia spectabat ad dominum? Respond. *Alex. in l. nè quid. ff. de. incen. rui.*

Quæstio CCCLXIII.

Quo nam equo Papæ legatus utatur? Respon. *Specul. tit. de lega.* ¶. *i. &.* ¶. sequitur, quod in ejus adventu legati uti debent insignijs, videlicet vestibus rubeis, palafreno albo, freno & calcaribus deauratis. *Fran. Mar. decisio. Delphi. 393. lib. 2*

Quæstio. CCCLXIV.

Quid si legatur palaphrenus, vel curserius Abbatis, vel prioris, qui semper mutant & vendunt equos suos? Respond. debetur æstimatio. *Ioan. Fab. insti. de. lega.* ¶. *non solùm. nume. 6.*

Quæstio CCCLXV.

Quis abstulit mihi equum, qui casu mortuus est, vel fortè occisus, antequam possem eum in jus vocare: an teneatur hæres de jure civili? Respond. Fab. *insti. de perpe. & tempora. actio in* ¶. *pœnales. numer. 10. quòd sic.*

Quæstio CCCLXVI.

An Mareschalcus, qui promisit sanare Equum inclavatum, & non sanavit, teneatur? Respond. quòd sic. Fran. Mar. *decis. 523. li. 1. Iul. Ferra. in tra. de re mili.* ubi de Equis agit martialibus. *nu. 16.* ubi dat mede-

delam scilicet,quod piper cum sale , & ipsis impleto foramine,& illo obturato cum bombice,prodest ad inclavaturas equorum,& poterit apponi ferrum ungulæ dolentis equi inclavati sine periculo, evulso primo ferro cum clavo illo, quo fuit pes inclavatus equi, cui vulneri etiam prodest oleum, aut succus herbæ tassibarbassi. Prodest&Oratio ista

✠ *Fortis fuit clavus.*

✠ *Forte fuit lignum.*

✠ *Et Forte fuit pondus , quod Christus Dominus noster in cruce sustinuit,*

Quæstio CCCLXVII.

An equus veniat appellatione rerum sese moventium? Respo.*d.m. Alci.* quòd sic.

Quæstio CCCLXVIII.

Quid si ex trabe marcida stabulum ruit, &equus est occisus:an stabularius tenetur ad damnum? Respon.*Moder. in tracta.de eo,quod interest.num.*188.*&* 189.vide omnino si placet & *Gramma. consi. civili. nu.*90.*nu.*1.ubi dicit,quod de jure locator non tenetur de damno dato ab ipsa re locata,nisi possit locatori aliquid imputari. *tex. est & ibi Bar. in l.si.tibi domum.ff. loca.*

Quæstio CCCLXIX.

Equus,qui facile perire potest ,est venditus po certo precio,&venditori simpliciter datus, qui precium non soluti rectè petere queat? Respond.*Gallus in trac de usur.num.*548. quod sic. *amplia.*3. Si equus erat solitus locari, ita. n. venditor solitus locare, potest tradere, sub hac lege,vel si simpliciter tradiderit,deinde mora fiat: usque ad concursum earundem mercium usuras petere, etiam citra pactum, vel eas stipulari, usque ad concursum mercedis, vel quincuncis usuræ, poterit.

Quæstio CCCLXX.

Cuidam legatur Equi æstimatio, moritur Equus.an sibi debebitur æstimatio? Respond.quòd non. Sed ut consequi possit, vide per Duran.*de arte testan.libro.*6.*Caute.*25.

Quæstio

Quæstio CCCLXXI.

Patitur hospes, quod mittas Ronzenum in stabulo, & tu vadis postea alibi, & reversus non invenis Ronzenum : an teneatur hospes? Respond. quod sic. *Marsil. consilio.* 33. *numer.* 8. *Baldus. in lege.* 1. §. 1. *ff. nautæ caupo. stabu.*

Quæstio CCCLXXII.

Legatum est factum duorum equorum, duob. videlicet, de uno uni, & de altero alteri, quomodo legatum hoc debebitur. & cujus erit electio? Respond. *Dy. in l. si. ita. scriptum. ff. de lega.* 2. *Dy. & Bar. in l. qui duos servos, ubi & Ange. eo tit. & no. in l. quoties. ff. de usufruc.*

Quæstio CCCLXXIII.

Aliquis mandavit alicui sua negotia curanda, & postquam curata fuerint, pollicetur illi se daturum equum. an eà curatà, poterit equum petere, & qua actione? Respond. quod sic. Et potest ille procurator, aut actione mandati contraria informata, aut per implorationem officii judicis, ut ipsi equus à mandante detur, propter pollicitationem sibi factam. *Spec. de salario.* §. 3. *in princ. con. de pollicitatione.*

Quæstio CCCLXXIV.

Quæritur qui nam sint boni equi, cujusve pilaminis? Respo. quod pilus non curatur, quia ex omni pilo aliqui boni, & aliqui mali reperiuntur equi, licèt albus & niger maculatus pilus commendetur, ut placuit Xenophonti, de quo Ferrettus, in suo de *arte Militari.* Ubi de equis martialibus meminit *nume.* 15. Et ibi ponit de bonitate equorum, & eorum medela etiam circa scabiem, & cætera.

Quæstio CCCLXXV.

Defunctus deposuit duos Equos, unus hæredum recuperat, & alter hæres decedit, quæritur quid juris? Respond. *Bald. in l. supervacuam nu.* 2. *C. depositi.*

Quæstio CCCLXXVI.

Quispiam pupugit equum calcaribus, ex qua punctione vehementius currens percussit aliquem vel calce, duo fecit vulnera, quid juris? Respo. *Bal in consi.* 444. *nu.* 1. *&* 2. *in* 4. *volu.*

Qua-

Quæstio CCCLXXVII.

An super morbis & vitijs equorum pactum interpositum servari debeat? Respond. quod sic. ut legitur, & *no. in l. quod venditor. ff. de dolo. & in l. si ita quis ff. de evictio. & l. sciendum.* ¶. *dictum. ff. de edili. actio. Bal. in Consilio. 499. in 5. vol.*

Quæstio CCCLXXVIII.

Certissimi juris est, quod si equus venditus, tempore venditionis patiebatur morbum, ex quo decessit, quòd emptor potest agere redhibitoria, vel quanto minoris, id est quanto minus esset emptor empturus, quibus judicijs restitutio precij continetur. *l. Bovem.* ¶. *aliquando ff. de edili. edic.* Et si intervenit pactum, potest agi actione ex empto, similiter ad eundem finem. *l. Ex empto.* ¶. *si quis virginem. ff. de acti. emp.* sed quomodò probabitur de morbo equi, & quomodo liquebit de ejus morbo? responde. *Bald. d. Consilio. 499. parte ultima.* probabitur. n. quòd equus patiebatur morbum lethalem tempore venditionis, & traditionis, liquebit autem de morbis existentibus tribus modis, vel quatuor. Primò per locum ab effectu, nam qui non comedit, nec bibit, sanus non est, immo mortuo similis. *l. in hac ff. de tritica.* Secundò probatur per mortis celeritatem, quia, qui citò moritur, præsumitur mortuus vulnere, vel ulcere, *ut no. in l. 1. C. de emenda. servo.* Tertiò probatur per corruptionem membrorum inferiorum visibilem, & apparentem, qua corruptione existente res erat omnino peritura, & ideo tenetur venditor, maximè, qui promisit esse sanum de testa, & corpore, cum totum contrarium apparuerit. *l. edil. ff. de edil. edic.* Quartò, etiam ex judicio Marescalcorum, quibus credendum est, *ut in l. semel. C. de re mili. libro. xij. Angel. in. lege. pacisci. ff. de pactis,* & an ex causa veteri, vel nova censeatur equus mortuus? Respond. *Cagnol. in l. 2. numer. 146. C. de rescin. venditio.*

Quæstio CCCXXIX.

Ronzini conductor non esse deterioratum dicit, at contra locator, tenetur ne ipse locator in dubio recipere ronzinum? Respond. *Ang. in l. sed mihi.* ¶. *1. ff. commo.* quòd sic, quia deterioratio non præsumitur, nisi appareat, vel probetur, tenetur autem recipere cum protestatione interesse. Sed si de deterioratione constat, non tenetur

recipere, nisi offerat interesse. sed quid si scienter recipit magagnatum non dolosè: an sibi præjudicet? Respond. *Ang. in l. qui sibi.* ¶. *qui stichum circa fi. ff. de solutio.*

Quæstio CCCLXXX.

Quis commodavit equam, vel asinum causa eundi ad Molendinum, ubi erat periculum, & est mortua, an talis receptator teneatur ad damnum, si dominus ob id fuit damnificatus? Resp. *Ang. in l. si ut certo.* ¶. *si interdum ff. commoda.* quòd non: nam imputet sibi rusticus, qui commodavit, secus, si commodavit simpliciter, quia commodatarius debet esse discretus, & eligere locum tutum.

Quæstio CCCLXXXI.

Scholastico fuit accommodatus equus ad redeundum, & est effectus deterior: an ipse teneatur? Respond. *Angel. in l. eum qui rem ff. commo.* quòd si non fatigat Equum ultra debitum, non tenetur, secus si onerat onere insuportabili, adeo, ut Equum destruat ejus culpa.

Quæstio CCCLXXXII.

An mutuo dans equum morbosum, qui habet evidentem morbum, teneatur? Respond. *Angel. in lege. quæritur.* ¶. *si nominatum. ff. de Edili. Edic.* quòd non. Sic nec restituentem Equum habentem evidentem morbum, quòd per restitutionem, non teneatur talis restituens, seu commodans.

Quæstio CCCLXXXIII.

Tu tenes equum meum, & mihi petenti eum denegas, aufero tibi violenter: an habebit locum, quod dicitur, quod paria delicta mutua compensatione tolluntur? Respond. *Soci.* quod non. *In fallen. regu.* 86. cum delicta sint diversa. ideo dabitur actio vi bonorum raptorum. *Inno. in. c. sicut de jurejuran.*

Quæstio CCCLXXXIV.

An equi à patre filio dati, in legitimam imputantur? Respond, quod non, ut est communis opinio *de qua glos. & Doc. in l. quæ prin. ff. famil. hercis Ripa. in l. in quartam. num.* 167. *ubi & Saly. num.* 8. *sentiunt Bal. & Ang. de quibus Vasquius, de successio. lib.* 3. ¶. 30. *part.* 2. *num.* 215. *fol.* 102. quæ conclusio secundum omnes indubitanter procederet,

quan-

quando filio militi arma ad bellum pergenti data essent. quod si filio pagano arma & equus sint data, esset distinguendum, ut ibi per eum.

Quæstio CCCLXXXV.

An venditor semper tenetur dicere defectus equi venalis? Respond. secundum Senecam, quod stultus est, qui vitium rei patefacit venalis, secundum *B. Thomam in. 2. 2. q. 77.* de quo *Archiepiscopus Floren. in ejus summa parte. 2. tit. 1. cap. 17. de fraude in negocia.* ¶. 6. Et dicit quod aut defectus equi est occultus, aut manifestus? Si occultus, aut reddit usum equi venalis impeditum, vel noxium, aut non? Si quidem talis defectus reddit usum equi impeditum, vel noxium, puta, cum quis vendit equum claudicantem pro veloci, peccat graviter, injustitiam committendo in dolosa & fraudulenta venditione, & proximum damnificando, ex hoc, unde & tenetur ad damni recompensationem, per regulam illam, qui occasionem damni dat, damnum dedisse videtur. *c. si culpa de inju.* tenetur ergo manifestare vitium rei, nec potest celare. Si autem defectus equi non impedit totaliter usum ejus, nec reddit noxium, sed minus reddit equum utilem, si demat de precio, quantum importat ille defectus, celando defectum, non importat, nec peccat, dum tamen non dicat mendacium, nec tenetur manifestare vitium equi, si tunc nec justum precium inveniret, vel etiam emptorem, multò magis si defectus sit de se manifestus, puta, quia equus est monoculus, non tenetur manifestare, sed tenetur precium diminuere, pro illo defectu, quem emptor non ignorat, nisi usus ejus esset periculosus, vel noxius, tunc enim tenetur dicere emptori illud ignoranti. Immo nec deberet exponere venditioni, præcipuè, si æstimet emptorem ex levitate, & præsumptione non curare, se periculo personæ exponere, vel alium in vendendo equum morbosum decepturũ, nec ex hoc, quod ille fuit deceptus in emendo equum defectuosum, credens bonum, potest ipse similiter alium decipere vendendo justo precio, ac si nullũ defectum haberet, postquam defectum novit, ut ibi latius. Et licèt extet juris regula, quod licita sit inter contrahentes deceptio. *l. in causa. ¶. pen. ff. de minoribus.*

distinguendum tamen est in dolo contrahentium, quia si quis inducit aliquem, ut emat, vel vendat, cum id facturus, citra ejus persuasionem non erat, tunc ipso jure irrita est emptio. *l.* 1. *C. de rescind. vendi.* Et si quis major. xxv. Annis pluris emat, vel minoris vendat, quàm oportuit, non auditur: nemo. n. debet esse tam negligens & supinus, ut rei familiaris, quam venditurus est, precium ignoret, neque tam temerarius, ut rem ignotam nullo adhibito consule, emat. *l. quisquis. C. eo. ti.* & hoc casu habet locum. *d. l. in causa.* Si quis tamen decipiatur ultra dimidiam justi precij, datur adversus decipientem *actio. l. si voluntate, ff. de rescinden. vendi.* Et stultus est secundùm Senecam, qui equum empturus, non ipsum aspicit, sed stratum & frenos. Sic stultissimus est, qui hominem, aut ex veste, aut ex conditione vestis, quæ nobis circumdata est, modò existimat. *Archiepiscopus. Florenti. in summa, part.* 1. *titul.* 4. *cap.* 5. *de præsumpt.* ¶. 2. *colum.* 1.

Quæstio CCCLXXXVI.

An fratres dicantur æqualiter vivere, si alter ipsorum tenet plures equos, quam alius, etiam quod illi equi non essent sui? Respond. quod non. *Bald. in consi.* 351. *lib.* 5. *n.* 2. *vide omnino, si placet.*

Quæstio CCCLXXXVII.

Quæro de bellissima. q. utrum Asino liceat deferre equi ornamenta. Respond, *Bald. in l. Item apud.* ¶. *adjicitur. ff. de injur. per illum text.* quod non. quem tex. not. contra modernos causidicos, qui deferunt vestes doctoreas, quod est in dedecus Doctorum. de quibus potest dici, quod dici solet. Purpura vendit Causidicos.

Quæstio CCCLXXXVIII.

Emptor equi à venditore, non expressis omnibus equi vitijs, infra quantum tempus debet intentare redhibitoriam in judicio civili? Respond. *Ferrettus. in consi. ducllari* 22. quod infra sex menses, quod est legitimum tempus. l. sciendum. ¶. *fin. ff. de redhibito. & in l. ediles. ff. de edil. edic.* & debet condemnari venditor ad precium, & damnorum, expensarum, ac interesse restitutionem. *p. tex. in l in emptione.* ¶. *si emptor: cum gl. ff. de contrah. emp. & in l. quæritur.* ¶. *si venditor. ff. edi. edic.* & cum vitium est tale, quod impediat totum, ritè sententiam obti-

obtinet, l. eum qui. *ubi & Bar. ff. de fur. & in l. ediles.* compensatis expensis victus cum usu, scilicet ipsius equi.

Quæstio CCCLXXXIX.

Sed an minor teneatur ex equo sibi accommodato culpa sua perempto? Respond. quod sic. quoties adsit consuetudo in civitate, quod cōtractus facti inter minores, vel à majoribus cum minoribus teneant. secundum *Nico. de Neapoli. in l. sed hic in fi. ff. de rebus eorum. per tex. in l. fine.* ¶. *Lucius. ff. de admini. tuto.* de quo. *Firma. in ver. Minor convenitur. Facit. l. quod si minor. ff. de minori. ibi.* Non semper autem ea, quæ cum minoribus geruntur, restituenda sunt, nè magno incommodo hujus ætatis homines efficerentur, nemine cum his contrahente, & quodammodo eis commercium interdiceretur. Quid modo si ambo essent minores, & unus filiusfamilias, alter gerat se pro patre familias: an ex accommodato equo ab alio, qui se pro patre familias non gerat, tenetur? Respond. quod sic. nam privilegiatus non utitur privilegio contra pariter privilegiatum, quando tractatur de lucro captando, & alter de damno evitando. *Ægil. consil. 25. Rimi. consil. 447. in 3. Dolatius. de resti. mino. c. 218. d. m. Cep. consil. 16. l.* siquis patrem familias. *ff. ad Macedo. Barba. consi. 20. ad fin. in j.* Et filius familias obligatur & agit ex commodato. *l. filiusfamil. la j. ff. de actio. & obliga. Firma in versic. filiusfamil. obligatur.* Et tenetur filiusfamilias ex contractu prohibito, quatenus sit factus locupletior, & ex culpa, quid modò si dolo asserat se publicum mercatorem in contractu equi cum ignorante ipsum esse filium familias: an teneatur. Non obstante statuto Ferrariæ. de contractibus minorum? Respond. *Alex.* quod sic. in *consi. 109. n. 11. in 4. vol.*

Quæstio CCCXC.

Aliquis vovit equum suum determinatum Deo. Potest ne commutare votum autoritate propria? Respond. *Archiepiscopus Flo. in summa par. 2. tit. xi.* ¶. *8. ver. item not. 3.* quod non, sed opus est autoritate ejus, qui equum jam traditum, cum non sit res sacra, posset alienare, & ante traditionem potest commutare.

Quæstio CCCXCI.

Captus fuit equus sub hasta in executione sententiæ, postea d. son-

sententia, beneficio principis fuit revocata, equus fuit in longinquas partes abductus: an sufficiat solvere precium ex venditione equi prædicti, redactum sub hasta? Respond. *Cagnol.* quòd non. *in l. 2. nume. 162. C. de rescind. vendi.* quia subhastatio, & solemnitas equi prædicta, non arguit justum precium domino contradicente, & contrarium probante, ideo ipsum equum restituendum esse dicit Cagnol. si extet, & si non extet, justum precium.

Quæstio CCCXCII.

An equus ferens contrabannum, amisso contrabanno, publicetur? Respond. quod sic. Si esset ejus, qui defecit in solutione gabellæ: sed si esset alienus, secus esset. Nisi adesset consetudo in contrarium *l. quoties. ¶. dominus. ubi Bar. ff. de publica. & ita consuluit Marti. Landen. in consil. 39.*

Quæstio CCCXCIII.

Emptor multum ex re, quam emit juvatur, & vendens non damnificatur ultra communem æstimationem rei: an debeat venditor eam utilitatem vendere emptori? Respond. *Cagno. in l. 2. nu. 34. C. de rescin. ven.* quòd non: quia non est sua, sed emptoris, licèt etiam in foro conscientiæ possit ei vendere damnum, & interesse, quod incurrit in venditione, puta equi venditor sentit damnum, vel interesse solidorum centum licèt equus non valeat, nec communiter æstimetur plus solidis quinquaginta, potest ipsa centum vendere, quia venditor per hoc, quòd vendit equum, per accidens incurrit tantùm damnum, & illud totum erit justum precium equi, secundùm omnes doctores nostros & Theologos.

Quæstio CCCXCIV.

Quid si proxeneta equorum intravit stabulum domini, & extraxit equum, & vendidit, credens facere utilitatem domino: an tenetur furti? Respond. *Ang. in l. i. C. de fur. circa fi.* quod sic, si dominus contradicit, de quo *Stracha. de assecura. in glo. 39. nu. 8.* qui tamen distinguit, ut ibi per eum.

Quæstio CCCXCV.

Equus fuit emptus de re Ecclesiæ: an sit ementis? Resp. *gl. in c. res Ecclesiæ 12. q. 1.* quod non, nisi respectu usus. decis. *Pedemon. 32. n. 2.*

Quæ-

Quæstio CCCXCVI.

Quæro, prout in dubijs mihi propositis? Respond. quod non, nec obstat. *d. conf. Cravetta.* 97. *numer.* 4. *in i. vol.* quia est reprobatum, à Gallo. in suis novis intellectibus, *& in tractat. de eo, quod interest, numer.* 180.

Facit, quia ad evitandam culpam, non est necesse aliquem curiosum in explorando, ut dicit *Bal. in l. quæ fortuitis, ad fi. C. de pig. actio.* ubi etiam dicit, quod ille non est in culpa, qui fecit, quod necesse est fieri, licèt alij noceat. *l. in nave Saupheli. ff. loca.*

Item, quando id, quod evenire potest, est casualiter, & ex sui natura, vel hominis dispositione ad casum contingentem in futurum, non ordinatur de eo, quòd contingere potest, non habetur consideratio. *Ange. in l. si idem cum eodem. ff. de jurisdict. om. judi. de quo Afflic super constitu. regni. lib. 2. rub.* 12.

Et ideo debitor excusatur, si res debita, quæ interijt, omnino & in omnem eventum interitura erat apud dominum. *l. si plures. in fi. deposi. l. si is. in prin. ff. de jure do.* & ista est communis opinio. *Pomera. in suo communium opi. libro.* 2. *titul. de mora. quæstio.* 7.

Item facit, quia cum ex facto mei, tibi aliquid nocumenti contra, vel saltem extra voluntatem meam datur, hoc potius casui, quam mihi imputatur, *c. de occidendis.* 23. *q.* 5. *& ibi glo. quæ multus concor. adducit. l. labeo. ff. de rivis.* quem solus ad hoc allegat. *Zasi. in consi.* 20. *num.* 20. *in i. vol. fol.* 329.

Item facit, quia cum equus esset senex, & in statu pessimo, eodem modo apud veterinarium quoque fuisset interiturus. nam licèt aliàs periculum rei debitæ, post debitoris moram peremptæ, ad ipsum semper spectet. *Bar. l. quod te. num.* 10. *ff. si. cer. peta.* & est communis opinio, ut ibi per *Alex. nume.* 8. *& alios.* Attamen, si eodem prorsus modo apud creditorem fuisset interitura, non tenetur debitor, & hæc quidem etiam est communis opinio, ut ibi per *Fulgo. & alios. est tex. in l. si plures. ¶. sive autem. ff. deposi. in fi.* ibi utique cum interitura esset ea res, & si restituta esset actori; naturalem n. interitum est equum ad actorem pertinere, *& l. cũ emptor. ¶. emptio. ff. de rescin. vendi.*

di. Grassus lib. 2. communium opi. c. 1. q. 7. pag. 87. Et culpa non est uti re ad usum destinata. *l. utique. ¶. culpa, ubi Bar. ff. de rei vendica.* Et culpa debet specificè probari. *Alex. in l. sicut certo in fi. prin. ff. commo. & in l. si quis. ¶. fi. ff. de edem. vide omnino Syl. com. 49. per totum.*

Item casus contingens nocet domino. *Corne. consilio. 318. in prin. in 4. vol.* qui omnino est videndus. nec dicatur, quòd fuit in mora, deducendo equum alibi, quàm dixerat, ideo teneri, &c. quia nihil refert, & hoc non recipitur in equo locari solito. *Bart. in l. item quæritur, ¶. fi. ulti. col. ver. quærit glo. ff. locati.* nam retinens equum pro pluribus diebus quàm commodatus, vel locatus fuerit, non tenetur, si credidit dominum permissurum, vel equus sit solitus locari, cum videatur conductor eum reconducere. *Firma. in vers. conductor equi nume. 13.*

Immo dici posset, quòd ipse stabularius tenetur ad interesse ipsi reo convento, qui non potuit uti equo conducto, ut *per Bart. in l. si tibi ff. loca.* nam locator tenetur conductori de vitio equi locati, si damnũ inferatur. *glos. in l. in rebus, ubi & Bar. ff. commodati. Archiepiscopus. Flor. in ejus summa par. 2. tit. 1. c. 15. de speciebus furti. ¶. 6. colum. 1. circa prin.* unde culpa potius ipsius locatoris equi arguitur, quàm istius conductoris, præsertim, cum præsumptio legis adsit adversus ipsum locatorem, ab hujusmodi. n. fraudib. nec nunc quidem se abstinent stabularij, ut dicit *Ulpian. in l. 1. ¶. 1. ff. nautæ, caupo, & stabu. Fely. in c. nonne. colu. 3. de præsump.* & dixi fusius in meo tractatu de præsumptionibus, & eò magis cum iste actus sit separatus à culpa, quo casu, non præsumitur, culpa, nisi probetur? *Ruin. cons. 93. n. 7. in 5. vol.*

Quæstio CCCXCVII.

Quid si equus fuerit castratus & ob id mortuus: an teneatur ille, qui eum castravit? Respond. quòd sic, si incuria ipsius, dolo, negligentia, vel culpa fuerit mortuus, vide omnino *Cassa. in consi. 48. per totum,* ubi idem dicit, si Medicus, vel Mareschalcus male curavit equum ægrotum.

Quæstio CCCXCIIX.

Clericus emit equum de bonis ecclesiæ, nunquid efficit dominus? Respond. quod non. *xiij. q. 1. res ecclesiæ. xliiij. dist. in prin. versi. sacerdos. Firma. in versi. clericus acquirit. Redoanus in tract. de spolijs. q. 3. n. 3.*

&

& num.32.& q.9.nu.50.& q.12. num.7. & in tract. de rebus eccle.non alie.pagi.290.& 293.num.8.

Quaestio CCCXCIX.

Commodatarius equi, nunquid de morte equi tenetur? Respond. quod non, nisi culpa praecesserit. *l. si ut certo.* ¶.sed interdum.*ff. commoda.Firma,ver.conductor, & ver. commodatarius.*

Quaestio CCCC.

Commodatarius, equi obligans se ad casus fortuitos, vel ad omne periculum: an teneatur de morte sine culpa sua? Respond. *Bald. in.l.1.in.1.col.ver.quaero igitur.C. commoda.post.gl. ibi.Firma.ver.Commodatarius.*

Quaestio CCCCI.

Legatum est factum unius equi, cum plures haberet testator equos, de quo nam equo intellexit? Respond. de illo, quo frequentius utebatur. *Bal.in l.1.C.de verbo signi.*

Quaestio CCCCII.

Statutum dicit, quod currens equum per plateam, puniatur, ut extat Ferrariae, quomodo intelligatur? Respond. *Bar.in.l.fi.*¶.*si propter. ff.de publica,*quod intelligitur si voluntariè currat, non si volenter.

Quaestio CCCCIII.

Venditor equi recipit equum, tanquam morbosum ab emptore: an sibi praejudicet? Respond.quod sic.videtur.n.fateri casum redhibitionis, & tenetur restituere precium. *Bar. in. l.quod si nolit.* ¶.*in factum,per illum text.ff.de edili.edic.Firma.ver.venditor animaliũ.ver.3.*

Quaestio CCCCIV.

Equus est venditus alibi, quàm Bononiae, & restitutus post modum ex distractu, oritur lis inter contrahentes Bononiae: an pro decisione istius casus debeat servari statutum Bononiae, vel jus commune, quid viget alibi? Resp.quod quoad litis ordinationem debet servari statutum Bononiae, ac secus, quò ad decisionem, quia casùs debet decidi & terminari, secundum jus commune, vel secundum jus, quod viget in loco, ubi actus fuit gestus, *Paris.con.120.per totũ in.i.vol.* ubi etiam dicit testem, qui in distractione contractus equi venditi fuit, rectè probare, quoties adminiculatur ex dicto alterius testis,

qui deponat equum vidiſſe penes venditorem, facta reſtitutione de ipſo equo.

Quæſtio CCCCV.

An judicis officio ſuccurratur, ſi agitur de venditione equi, quem unus ex ſocijs venditoribus tradere poteſt, & hoc conſtat, ſed cauſatur abſentia ſociorum, ut fruſtretur emptorem in periſtaſi conſtitutum, vel, ut quid ab eo extorqueat? Reſpond. quod ſic, poteſt n. & debet bonus judex compellere unum ex talibus ſocijs præſentem ad ſatisfactionem ſuo, & ſociorum vel conſortum nomine, ſive agatur de venditione, vel locatione equi in ſpecie vel in genere *Gallus in ſuo de dividuis & individuis.parte 2.num.239.*

Quæſtio CCCCVI.

Quis recipit equum in pignus: an pro expenſis equi, famuli, & penſione ſtabuli, habet tacitam hypothecam? Reſpond. *Bar.* quod ſic. *in l. interdum.ff.qui potio.in pigno.ha.* Et præfertur anterioribus creditoribus.

Quæſtio CCCCVII.

An vendentes equos ſtatim receſſuris. Si ſtatim eis non ſolvitur precium, recuperare poſſunt equos venditos? Reſpond. quod ſic. cum non ſit translatum dominium, quia fides de precio habita non ſit. *Vital.in tract.clauſularum, ſuper clauſula.* Et ſpecialiter obligavit ipſam rem emptam. *n.19.fol.51.*

Quæſtio CCCCIIX.

An cum tu interfeciſti Equum mihi commodatum, poſſum agere contra te ad intereſſe? Reſpond. *Vitalis.in tract.Clauſularum in. q.* Si pœnæ, quæ adjiciuntur in compromiſſo, aut inſtrumentis ex partium conventione, an licitè, & in foro conſcientiæ peti poſſunt, & exigi, etiam in foro canonico *pagina.476.num.4. ver. quæſitum. quòd ſic.per text.in.l.interficiendo.¶.ſi tibi.ff. de furtis.*

Quæſtio CCCCIX.

Maſſaritiarum ne appellatione venit equus, vel aſinus? Reſpond. *Bar.quòd non.in.l.1.ff.de ſuppellecti.lega.*

Quæſtio CCCCX.

Quis vendit equum.x.ducatis, quem, ſi intra menſem non traderet,

ret, vendidit fundum: an fundus sit tantùm in obligatione? Respon. *Ripa.*quòd sic. *in.l.ita stipulatus.nu.*64.*ff.de ver.ob.*tanquam utriusque partis favore fundus sit subrogatus.*Sylva.con.*102.*n.*32.*in* 2.

Quæstio CCCCXI.

Testator legavit equum cum sella, & est mortuus veniente ipso testatore: an sella debeatur? Respond. *Papien.in for. libelli pro legato rei singularis.num.*62.*vide omnino.*

Quæstio CCCCXII.

Cavetur, quod pro equo vendito, solvantur quinque solidi pro aureo, ut in decreto Medio. ego vendidi equum pro centum aureis, sed in proxenetis expendi decem: an pro dictis decem, etiam debet solvi gabella? Respond. *Cotta. rerum memora. ver. statuto Med.* quod solum debeo solvere pro nonaginta ex *Bar.in.l.quod si.* ¶. *cuidam.ff. de con. & demon.*

Quæstio CCCCXIII.

Quid si esset contentio de equo, qui in sequestro remitteretur super hospitio: an dilationes essent coarctandæ? Respond.coarctanda esse probat doctus certè verus, & *Menochius. de arbi. judi. casu.* 52. *numer.* 15. *lib.* 2.

Quæstio CCCCXIV.

Promisit tibi equum, sine ulla specificatione, si ad liberandum fidem meam tibi obtuli equum nigrum, quem ob eum colorem accipere nolles; & interim equus moriatur, an ipso jure ab ullo alio equo dando sum ne liberatus: an ope exceptionis tantummodo? Respond.*Jodocus.in Enchiridio: parium, vel similium.ver.obligatio general.*

Quæstio CCCCXV.

An creditor præsumatur equum pignori datum suis expensis aluisse? Respond.quod sic, nisi contrarium doceatur. *d. m. Alcia.in trac.præsumptio.regu.* 1.*præsump.* 50.*Eckius.in tract. de jure sistendi. capi.* 34.*numer.* 2.*Natta.con:* 547.*numer.* 32.*Villalobos.in suo communium opi. ver.pignoratus equus.numer.* 87.

Quæstio CCCCXVI.

Quid si domus minabatur ruinam, & corruens occidit equum commodatarij, cujus certè ruinam diligentissimè reparasset, vel ibi

non posuisset equum commodatum, quid juris? Resp. *Abb. in c.i. de commodato. de quo Pet. Santerna. in trac. assecura. par. 3. n. 67. pagi. 468.*

Quæstio CCCCXVII.

Si statuto indistinctè, cavetur quod solvatur pedagium de equis & jumentis: an etiam intelligatur de ijs, quæ sui usus causa sunt? Respond. *Ancha. in con. 264.* quod non. sed de ijs tantùm, quæ negociationis causa conducuntur. de quo *Rolan. à Valle. in con. 42. num. 28. in 3. Natta, in con. 158. num. 6. in. i. Marsil. singu. 86.*

Quæstio CCCCXIIX.

Quid si fuit venditus equus, & habitum precium, & traditus equus: postea impedit princeps, & accipit equum ab emptore: an debeat revelari emptor à venditore? Respond. *Rolan, à Valle. in consi. 45. per totum in. 3. volum. quod non.* quia est casus fortuitus, qui nocet emptori, & non venditori. vide omnino.

Quæstio CCCCXIX.

An possint sequestrari equi, vel muli mulionum, stipendiariorum, vel forensium venientium ad civitatem cùm equis & Mulis? Respond. quòd sic, quia, cum semper sint in itinere, & pedem teneant in stapedio, semper dicuntur suspecti, si ab eisdem petantur equi vel muli, vel quid aliud, nisi satisdent. Ideo practicatur, quòd sequestrum fit *Angel. in. l. si fidejussor. ¶. fi. ff. qui satisda. co. facit, quod no. Bart. in l. hæres absens in. fin. ff. de judi.* ubi dicit, quòd viatores semper dicuntur suspecti. *Fran. Curti. in tracta. de sequestris. in. ¶. 2. nume. 30. fol. 448 in selectis diversorum de assecurationibus.*

Quæstio CCCCXX.

Quæro forensis debitor meus Papiam accedit, ubi non sortitur forum, nec ratione domicilij, nec delicti, adeo potestatem, & dico, hunc forensem esse meum debitorem, & suspectum de fuga, & recessu, & impetro sequestrari equos: an teneat sequestratio? Respon. quòd sic. ad finem scilicet, ut satisdet de judicio sisti, coram judice competenti, & de re non barratanda. Et hoc modo remittentur partes ad judicem competentem, vide omnino. *Curti. in tract. de sequestris. ¶. 2. num. 62. in. 17. q. inter tract. assecurat.*

Quæ-

Quæstio CCCCXXI.

An lucrum equi pignorati, locati per creditorem, computatur in sortem? Respond. *Bald.* quòd sic. *in.l.2.C.de pigno.* quatenus, scilicet est supra sumptus.

Quæstio CCCCXXII.

An quæsitum cum equis communibus, debet esse commune cum socijs communibus? Respond. quod non. quia equi carent sensu, & ideo per eos non acquiritur. *Bald.con.41.ad fi.in 1.vol.*

Quæstio CCCCXXIII.

Amicus meus, me inscio fugit cum equo meo, vel famulo meo: an ei videar opem præstare ad maleficium? Respond. *Bald.in con.250. nu.4.* quòd non. *volum.1.*

Quæstio CCCCXXIV.

An merces equi à visitante conducti, exsolvi debet ab Ecclesia visitata? Respond. quòd non, ut no. scriben. relati per *Philipp.Fran.in. c.1.§.procurationes de censibus.in 6.*

Quæstio CCCCXXV.

Bidello mortuus fuit equus conductus in itinere, probavit equum sibi fuisse mortuum in itinere, sed non probavit in specie fuisse illum equum, quem conduxerat, an sufficiat? Respond. quòd non. *Joan.Andr.in c.auditis.de præscrip.ubi in specie de hoc.Grammati. consilio.civili.1.numer.13.*

Quæstio CCCCXXVI.

Aliquis promittit de evictione pro equo vendito alicui per aliquem, quod equus sibi non levabitur: equus de facto sibi est levatus & derobatus: an tenebitur? Respond. quod non: quia est promittere factum alienum, quod est ultra naturam contractus, & sic non valeret stipulatio. vide *Grammati.in con.civili 22.per totum.*

Quæstio CCCCXXVII.

Super liquidatione precij equi, vel Muli, testes deponunt, quod equus erat bonus, bellus, & crassus, & quod valebat triginta ducatos aureos, & quod ipsi testes tanti emissent: an rectè probent precium, & valorem equi prædicti? Respond. *Grammati.consi.civili.35.per totum,* quòd sic.

Quæstio CCCCXXIIX.

Qualiter probabitur equus occisus ab aliquo clam & de nocte? Respond. *Gram.con.civili.45.per totum.*vide *Joan.de Amicis. in con.83.* ubi defensio pro equo occiso cum partisana.

Quæstio CCCCXXIX.

Quid si equum furto tibi subtraxi,& tu ob iram indignatus similiter furto subtrahis Mulam meam: an fiet mutua delicti compensatio? Respon. Ambo tenimus puniendi,licèt magis punitur,qui provocavit,& qui gravius deliquit. *Gramma. con.civili.69.num 21.*

Quæstio CCCCXXX.

An quælibet civitas, sive Castrum, potest imponere gabellam equis de lanis causa commercij? Respond.quòd sic. *Grammati.consil. civili.60.numer.17.*

Quæstio CCCCXXXI.

Petitur equus, qui est mortuus, & consequenter succedit æstimatio. Si causa ipsa esset ordinaria: an posset ferri summa super æstimatione? Respond.quòd non.cum non fuerit petita. Fallit,si procedatur sumariè, quia poterit fieri condemnatio in æstimatione, quia non potest negari istam sententiam fuisse latam juxta formam petitionis, ibidem prope petita, licèt non secundùm ipsam petitionem. *Lanfr.in clem.sæpe.in ver.libellus.3.colu.de verbo.signi.de quo.*Grammat. *consi. civili.94. num.4.*

Quæstio CCCCXXXII.

Puer quidam habebat equum, qui cucurrit, & pauperiem fecit, quia quidam incidens ligna metum equo incutit, quæritur an teneatur.d.puer damnum reficere, vel ille,qui incidebat ligna, causam dedit,ut pauperiem fecerit? Respond. quòd aut iste puer fuit in dolo vero,aut præsumpto,vel in culpa? Si in dolo vero, & tenetur: aut in dolo præsumpto vel in culpa? Et tunc in utroque casu restituitur in integrum. Si quidem culpa incidentis ligna fecerit pauperiem? datur actio in factum contra eum, vel utilis Aquilia. Si verò culpa pueri equitantis? datur restitutio in integrum,nec tenetur ejus pater,si eum cum equo misit adaquandum;aut equus commota ferita-

te illud fecit, & contra sui naturam, absque alicujus culpa, & nemo tenebitur: ita *Grammatic.consilio.*139.*per totum.vide omnino.*

Quæstio CCCCXXXIII.

An socius teneatur ex morte equi, vel jumenti socio? Respond. *Joan.de Amicis consi.*38.*quòd non. vide omnino.*

Quæstio CCCCXXXIV.

An clericus possit emere pullum equinum nutriendum, ut eum carius postea vendat? Respond. quòd sic. *Redoanus.in tractat.de spolijs.q.2.numer.*14.

Quæstio CCCCXXXV.

An valet pactum, quod si vendo tibi equum hoc pacto, quòd si displicuerit tibi intra certum tempus? Respond. quòd sic. *Natta. consi.*213.*numer.*4. *in.i. volum.*

Quæstio CCCCXXXVI.

An pendente appellatione fiat sequestratio equi, de quo litigatur, & ejus mercedis, & vectura? Respond. quòd sic. *Natta consilio.* 584. *nume.*3.*in* 3.*volum.* ubi, quando sequestrantur & fructus naturales & civiles, pendente appellatione, & ibi per quem judicem fiat.d. sequestratio: an per judicem à quo vel ad quem, & si non habetur stabulum pro equo sequestrato, potest unum conduci, & ita etiam una domus pro fructibus sequestratis conduci potest.

Quæstio CCCCXXXVII.

Testator armabat equum diversis modis, ut quia quando ibat ad torneamenta, ponebat sibi phaleras, id est, ornamenta cum gemmis & auro, sed quando accedebat ad prælium, erant phaleræ de corio, & legavit armaturas equi, quænam debentur? Respond. *Bart.in l.*1. *versic.sed pone.C.de verb.signifi.* quòd mediocres debentur, quia medium est viri prudentis & legis à sapientibus institutæ. *allegat.l.qui Lancem.ff.de auro & argento lega.* & hoc, nisi propter eximiam nobilitatem testatoris atque legatarij aliquid amplius præsumatur. *Natta.consi.*626.*nume.*19. *& ibi.* quando legatum largè, vel strictè interpretatur?

Quæstio CCCCXXXIIX.

Quæro, quomodo habet testificari testis super deterioratione equi?

equi? Respond. *Lanfr. de Oria. in tract. de testibus. numer.* 21. ubi dicit, quod debet testis esse certus, & oportet, quod deponat de duobus temporibus, si velit deponere super deterioratione rei. Nam debet deponere de valore, tempore quo quis commodavit equum, deinde de valore respectu temporis, quo fuit redditus. Ecce dicit testis, equus, quem accommodavit Titius Sejo tempore commodati valebat decem, & erat equus pinguis, & sanus, tempore autem, quo restituitur sibi equus, non valebat, nisi sex, & erat macer, & claudus &c.

Quæstio CCCCXXXIX.

Quis de alieno stabulo equum arripuit, quo conscenso, inimici manus aufugeret: an deliquisse censetur? Respond. quòd non. Nec furti tenetur. l. verum. *ff. de furt. argu. l. quemadmodum.* ¶. *item Labeo. ff. ad l. Aquil. Roysius. decis.* 3. *num.* 288.

Quæstio CCCCXL.

An cicatrix, vel deformitas in equo æstimatur? Respond. quod sic, cum per eam minus valeret equus ipse, & minori precio venderetur. *Anto. Gomez. in tract. de delic. c. 6. de injuria, nume.* 12. *fol.* 388. *vide omnino.*

Quæstio CCCCXLI.

Si dico, quod vendidisti mihi equum stellatum in fronte. Si sit facta probatio de equo, sed non de qualitate frontis stellatæ: an concludat probatio? Respond. *Bald.* quòd non. *in l. edita. col. fin. C. de eden. de quo Jas. in l. non hoc. n.* 13. *C. un. legi.*

Quæstio CCCCXLII.

Quædam mulier dedit in socidam cuidam rustico equam cum pulla, quæ novem scutis æstimatæ fuerunt, eo pacto, quòd capitale esset salvum, & fætus communiter divideretur, qua socida durante, quædam filia parva dicti rustici duxit Equam prædictam ad fontem, ut biberet, extimescens equam, sinit illam abire à semet ipsa, quæ sinistrorsum incedens, propè quandam rupem, de ea cecidit, & est mortua. Quæritur cujus nam sit damnum: an dictæ mulieris in totum, vel in parte? Respond. *Decisio Perusina. x.* quòd ad rusticum pertinet emendare damnum, cum bene non custodivit equam, vide tu *Bald. in consi.* 441. *col.* 2. *post med. lib.* 1. ubi loquitur de committen-

tente custodiam pecorum puero, quòd in culpa non dicitur, quando ita erat consuetudo custodiendi bestias per pueros. de quo *Cravetta. con.8.num.22.vide omnino.*

Quæstio CCCCXLIII.

Advena emit equum non ad credentiam, an, si non solvat, potest capi, & detineri, tanquam suspectus & fugitivus? Respond. *Paul. de Cast. in l. hæres. §. i. numer. 13. ff. de judi.* quòd sic, quia censetur actum, ut statim solvat, iō si non solvit, potest capi, & detineri, quia suspectus & fugitivus est.

Quæstio CCCCXLIV.

Quispiam emit equum vitiosum, ob idque egit redhibitoria, sed pendente judicio, vitium illud omnino cessavit, an cessare debet ipsa redhibitoria actio? Respond. quòd sic. *Tiraquellus. in suo. Cessante causa. par. 1. num. 221.* & ibi, quis eorum tenetur ad expensas?

Quæstio CCCCXLV.

Faber ferrarius, sive Mareschalcus, si quid in arte sua præter æquum & bonum commiserit, ad quæ tenetur. *Franc. Mar. decisio. 523. parte. 1.*

Quæstio CCCCXLVI.

An ad probandum equum fuisse sanum, & ejus valorem, & culpam commodatarij, sit necesse, quòd testis reddat rationem dicti sui etiam non interrogatus? *Alex. consil. 183. in ulti. volum.* & ibi: quid si locator adhibuit medicum tardè ad curam equi infirmi, an imputetur ei, sicut si nullum adhibuisset, & quid si in uno deponit falsum: an in omnibus perdant fidem? vide omnino *Bal. in consil. 404 in. 2. vol. & in consi. 22. in 2. vol.*

Quæstio CCCCXLVII.

Quidam legavit mihi decem equas, & fecerunt fætus: an ex mora consequar fætus? Respond. *Ange. in. l. equis. ff. de nautico fænore,* quòd sic: secus si legavit equos.

Quæstio CCCCXLIIX.

Si video forensem in civitate transeuntem cum equo meo: an possum judicis officium implorare, ut possit stare mecum in isto lo-

 co,

co, vel quòd equus deponatur, & consignetur penes quendam. *Cast. in l. acceptam. nu. xj. C. de usuris.*

Quæstio CCCCXLIX.

Commodans equum, quem sciebat non posse ferre laborem: an teneatur? Respond. tenetur contraria commodati ipsi commodatario ad interesse, si propter hoc, quòd equus in via defecit, damnificatus est, sed si gratis commodavit, & pereat, non tenetur commodatarius. *Castr. in l. cum. qui rem. ff. commo.* per ibi dicta, subdens, quòd multi laici idiotæ (ut pluries vidit) errant, dicentes, quod quando res commodatur gratis, si pereat qualitercunque teneatur commodatarius emendare, & habent istud quasi pro lege, & tamen secundum ipsum, hoc est erroneum. ut patet in d. l. quod not.

Quæstio CCCCL.

Stante statuto, quòd mulier, vel minor non possit alienare sine consensu consanguineorum, quid si vendunt equum sine illa solennitate, & moriatur postea, cujusnam erit periculo? Respond. ut per *Jas. in l. non omnis.* ¶. 1. *num. 6. ff. si cert. peta.* quòd perijt periculo ementis.

Quæstio CCCCLI.

Si rustico dedi equum pascendum, & de eo retineo dominium, si perit culpa vel dolo rustici, tenetur reficere damnum mihi. *Doct. in l. si pascenda. C. de pac. ubi & Jas. numer. 2.* Nec sufficit probare interitum, & pellem portare domino, nisi probet casum fortuitum, vel ipsam mortem naturalem.

Quæstio CCCCLII.

Si quis, puta ambasciator, vel alius esset permissus ducere sex evectiones, i. equitaturas: an possit inter illas famulum ducere pedester? Respond. quod sic. *Abb. in c. in singulis. n. i. de sta. mon.*

Quæstio CCCCLIII.

Habentes equos cavalcatæ: an semper stare debent parati? Respond. quòd sic. *Bal. in. l. nam salutem.* ¶. *sciendum. ff. de offi. præfe. vigil.*

Quæstio CCCCLIV.

Actio de dolo non concurrit cum actione de pauperie, sed pone, tres equitantes, fuit unus, qui exit de medio, ut equi sociorum invicem

rem rixarētur, vel quis elevavit ſtangam de medio inter duos equos rixoſos: an teneatur actione de dolo? Reſpond. quòd ſic. quia fuit dolus, cum non ligavit, ut non poſſet unus alium mordere, non autem tenetur lege aquilia, quia factum deſiderat. vide *Bal. in. l. Et eleganter. ¶. quadruplex. ff de dolo malo.*

Quæſtio CCCCLV.

Si conductor Ronzini deterioravit Ronzinum, ita quòd non eſt amplius equitabilis: an teneatur? Reſpond. tenetur ad vecturam totius temporis, & ad intereſſe totius deteriorationis. *Bal. in. l. ſi uno anno. ¶. Item, cum quidam in lectu. antiqua. ff. loca. Odof. in in con. inci.* locavi tibi Mulam, conſuluit, quod conductor equi nõ tenetur ad mercedem poſt mortem equi, uſque ad ſolutionis æſtimationem, etiam ſi fuerit factum, quòd qualibet die equus intelligeretur locatus, pro quinque ſolidis, *vide apoſtillan. ad Bal. ubi ſupra. litera a. & Specul. in titu. de locato. ¶. jam dicendum verſic. ſed ecce locavi.*

Quæſtio CCCCLVI.

Mulio, vel equorum locator, an teneatur ſolvere paſſagium Muli, vel equi ſcholari locati pro libris portandis? Reſpond. quod ſic. *Bald. in l. cum in plures. ¶. veſtimenta: in apoſtil. in fin. ff. loca. idem repetit. in ¶. vehiculum. in ea. l. in apoſtil.*

Quæſtio CCCCLVII.

Proxeneta Equorum concluſit mercatum de equo, qui erat venalis: an ſit perfectum? Reſpond. quod non. quia officium Proxenetæ non eſt concludere, ſed tractare: niſi à partibus haberet mandatum. *Bal. in l. multum. colum. 2. num. 2. C. ſi quis alteri, vel ſibi. vide Stracham. de Proxenetis.*

Quæſtio CCCCLVIII.

Equus ne traditur per capiſtrum, vel frenum? Reſpond. quod ſic. & aliàs non poteſt, nec aptè tradi. & equus ducitur, & ideo dominium transfertur per viſum. *Fab. inſti. de rerum diviſ. ¶. Item ſi quis. nu.* 3. aliàs, ſi tradat capiſtrum non ſuper equo, nec equo fortè in præſentia exiſtente, & in iſto caſu non videtur traditus. ut ibi.

Quæſtio CCCCLIX.

An vendi poſſint Mareſcalis ſine pœna res vendi prohibitæ, pro

 me-

medela ſcilicet facienda uno equo? Reſpond. quòd ſic, pro bono, & perſonæ notæ & fideli, de quibus veriſimile eſt, quòd indigent pro bono. *Joan. Fab. inſti. de public. rudi. ¶. item lex Cornelia. ad fin.*

Quæſtio CCCCLX.

Equus non dicitur deferratus, niſi aliàs fuerit ferratus. *Joan. Fab. Inſti. quibus more contrahitur ob in princ. num. 2.*

Quæſtio CCCCLXI.

Dicit aliquis: tu ſurripuiſti meum equum, & probat: an ſuo juramento ſtabitur de æſtimatione ipſius equi? Reſpond. *Joan. Fab. Inſti. de verbo. ob. ¶. non ſolùm nu. 5.* quòd ſic.

Quæſtio CCCCLXII.

Volebas ire Pariſias, rogaſti me, quòd traderem tibi equum meum, conceſſi, quid juris? Reſpond. quòd hic eſt certus uſus, & tempus tacitum, quo poteris iviſſe & rediſſe, hoc eſt commodatum, ſed ſi non ſit tempus tacitum, vel expreſſum, tunc eſt precarium, & ideo quando libet, revocatur, ut concedo tibi habitationem illius domus. *Joan. Fab. in ¶. ſequens. num. 23. inſti. de actio.* ubi communem eſſe opinionem dicit.

Quæſtio CCCCLXIII.

Si promiſiſti mihi equum, qui conſuevit portare frenum: an debes mihi frenum? Reſp. quòd ſic, ſicut in venditione. *l. Ediles ¶. 1. cum ibi no. ff. de edili. edic. Joan. Fab. inſti. de acti. ¶. actionum autem n.* 8.

Quæſtio CCCCLXIV.

Contraximus ſocietatem ſuper certis mercationibus, pacto incontinenti apppſito, quòd ego darem tibi equum meum pro tuo, quia fortè tu debebas præſtare operam, & ire ad mercata, & meus equus erat melior quam tuus, certè præſcriptis verbis eſt bonæ fidei, vel fortè contracta ſocietate ſtatim conveniſti, equum meum ducere ad forum pro vendendo, quem tradidi tibi æſtimatum pro decem, certè actio præſcriptis verbis locum habet & eſt bonæ fidei. *Joan. Fab. inſti. de actio. ¶. actionum autem num. 12.*

Quæſtio CCCCLXV.

Quietavi de debito te in quo mihi tenebaris, ut mihi dares equum, tibi adeſt ex facto meo, ideo ago præſcriptis verbis, ut des: ſed ſi manu-

manumisi servum meum, ut dares mihi equum, tunc ex manumissione illa tibi nihil adest, & ideo agitur de dolo. *Joan. Fab. insti. de acti. §. actionum numer.* 17.

Quæstio CCCCLXVI.

Quid si à me fundum conduxisti, & colonus factus es meus, & quotannis obligaris mercedis nomine aliquid præstare mihi, & induxisti in eundem fundum complura, inter quæ & equum: an talis equus pro mercede erit mihi obligatus? Respond. quòd non, nisi ex pacto conventum sit, ita *ex Theophilo. in. §. est & serviana. insti. de actio.* deducit doctus certè, verus *& Menochius in tracta. de adipiscen. possessio. remedio.* 3. *num.* 41.

Quæstio CCCCLXVII.

Quæro, quis nam dicatur equus succussarius? Respond. humaniores. Ambro. & cæteri, quòd est ille, quem vulgo dicimus, che trotta, qui concutendo sessorem graditur.

Quæstio CCCCLXIIX.

Equa datur ad pascendum, quid juris de fœtu ipsius? *Fir. ver. societas dividitur ver.* 40.

Quæstio CCCCLXIX.

Emptio ne contrahitur, si dico: volo vendere Titio absenti equum pro decem, & unus referat sibi, & dicat se velle emere? Respond. *Fa. de Monte,* quòd non, *in tractatu de empt. & vendi. q.* 5. *num.* 46. *tom.* 8.

Quæstio CCCCLXX.

Emptor emens latenter equum vitiosum, quas intentare possit actiones? Respond. *Joan. de S. Bla. in tractat. de actio. §. in rem. numer.* 43. *tomo. xvj.*

Quæstio CCCCLXXI.

Emptor, si ratione vitij rem emptam restituere cogitur: an precium rei restituere cogitur venditor? Responde. quòd sic. *Fabian. de Monte, in tracta. de empt. & vendi. quæst.* 8. *sub. nume.* 7.

Quæstio CCCCLXXII.

Emptor equarum, si recepisset fructus ex equabus emptis, & moram commiserit in solvendo precium, an venditor dictos fructus,

tanquam interesse petere potest? Respond. quòd sic. *Fabia. de Mon. in tract. de emp. in. q. 6. prin. num. 19. fol. 53. tom. 8.*

Quæstio CCCCLXXIII.

Emens equum alienum scienter: an precium repetitur? Respond: *Firma. in tract. de episco. in. ¶. superest. num. 119. tomo 2. fol. 256.* quòd non, nec de evictione agitur.

Quæstio CCCCLXXIV.

Emens pluries equos furtivos: an furti particeps præsumatur? Respond. quòd sic. *Montaltus in tract. de reproba. sententia Pilati. articulo. 2. num. 6. tomo. 3. fol. 13.*

Quæstio CCCCLXXV.

Emens vilius equum, ut carius vendat, non ex cupiditate, sed ut suis provideat necessitatibus, & familiæ, an peccet? Respond. quòd non. *Lauren. de Rodulphis, in tract. de usuris. in ¶. salubriter. numer. 151. fol. 61. tom. 9. tractatuum. parte. 3. aliàs secus.*

Quæstio CCCCLXXVI.

Emere an quis possit equum pro se & alio intra terminum nominando, & non nominavit? Respond. *Fabia. de Mon.* quòd sic. *in tract. de empt. & vend. quæst. 3. princ. numero. 19. fol. 26.*

Quæstio CCCCLXXVII.

Emens equum furtivum à fure, tenetur ne furti? Respond. quòd sic. *l. si liberam. C. quod cum eo. Alex. in. l. rem alienam. ff. de contrahen. emp.* ubi idem dicit in vendente. *Fulg. consi. 175. in. 2.*

Quæstio CCCCLXXIIX.

Emptor equi furtivi, potest ne conveniri etiam à possessore, cui fuit equus furatus? Respond. quòd sic *glo. in. l. si coloni. C. de agri. o. & censi. lib. xj. Bal. in. l. in civilem. C. de furtis. ubi Bar. & glo. no. & no. in. l. manifestus simi. ¶. sed cum in. 2. eo. tit. & in. l. & ideo. ¶. Nerratius. ff. de condi. furti.*

Quæstio CCCCLXXIX.

Emens equum à fure: an præsumatur sciens, vel ignarus? Respond. *glo. & Bart. in. l. in civilem. C. de fur.* si autem emit ab alio, præsumitur in bona fide. *Bal. in rub. de investitu. de re alie. fac.*

Quæ-

Quæstio CCCCLXXX.

Emens equum à fure, conventus ad eum restituendum, an teneatur furem in judicio nominare? Resp. quod non, nisi ex urbanitate velit. L in civilem. *& ibi Bar.C.de furtis.*

Quæstio CCCCLXXXI.

Emptor equi furati, an teneatur equum restituere domino, precio sibi non restituto? Respond. quòd sic. *l. in civilem, ubi docto.C.de furtis.* nisi emerit à latrunculis, & hostibus. *lege. mulier. in apud. ff. de captivis,* Item, nisi fuerit protestatus, se emere nomine domini vel illius, cujus interest, *Hostiensis in summa de pœnis.* ¶. *fin. ver.* quid si emat. *Bertachi. versi. emptor rei furtivæ. versi. 3 ubi plenius.*

Quæstio CCCCLXXXII.

Emptor equi accipiens illum experiendum per octo dies, si currat ad pallium, seu bravium, & vincat, vel aliter lucretur cum equo: an teneatur domino, id est, venditori restituere lucrum, etiam si emere velit? Respond. quòd sic. *l. apud labeonem. in prin. ff. de præscrip. verb. Firma. verbo. emptor animalium versic. 6.*

Quæstio CCCCLXXXIII.

Emptor equi furtivi, si sciebat furtivum, non valet emptio. *Bal. in rub. C. de contrah. empt. quæstio. 5. per tex. no. in l. si emptione.* ¶. *Item si emptor. ff. eo titu.*

Quæstio CCCCLXXXIV.

Emptio equi ad incantum an valet? Respond. quòd sic, etiam facta obiatione precij ex intervallo post subhastationem. *Bar. in. l. si tempora q. 1. C. de fide instru. lib. x.*

Quæstio CCCCLXXXV.

Emptio præsumitur fieri nomine proprio in dubio. *Bar. in. l. Imperator. in fi. ff. de lega. 2. per. l. & magis. ff. de solu. Bar. in. l. si patruus. C. communia utriusque judi.*

Quæstio CCCCLXXXVI.

Emptio equi pro precio declarando per tertium, mortuo Titio ante precium declaratum: an valet? Respond. quòd non. *Bal. in. l. 2. ¶. sed si quis. 4. col. C. communia de leg. per. l. fi. C. de contrah. emp.*

Quæ-

Quæstio CCCCLXXXVII.

Quomodo instrumentum concipiatur emptionis fœni pro equo? *Specula.tit.de emp.& vendi.*¶.1.*in* 6.*forma*.

Quæstio CCCCLXXXIIX.

Emens à prodigo equum, vel ab eo, cui bonis est interdictum, an præsumatur in mala fide? Respond. præsumi, si sciat venditorem statim consumpturum.*glo.& Imola.in.c.si diligenti. de præscrip.& no. in l.*si quis cum sciret,& ibi *Bar.Imola.& doc. de verborum obliga.*

Quæstio CCCCLXXXIX.

Emptores equorum deprædatorum in bello: an sint tuti in conscientia? Respond. *Fely.in.c.qua in Ecclesiarum.colum.* 9.*versi.* 2.*no. de constitu.*

Quæstio CCCCXC.

Emptor equi dubitans de venditore, quòd sit malæ vitæ, quid habet agere? Respond. quòd potest cogere venditorem ad sibi tradendum equum venditum, & debet deponere pecuniam apud tertium, ut, si fortè sibi evincatur equus, sit tutus de precio.*Joan.de Prato in.l.si reus in fi.ff.de.procurató. per no. per Bar.in.l.si cum cor. de sola.* vel potest solvere uni creditori anteriori, & facere sibi cedi jura, ut per *Bart.Capolam cautela,*318.

Quæstio CCCCXCI.

Emptor agit ne actione de dolo contra eum, qui equum emptum valde commendavit, animo decipiendi? Respond. quòd sic. *l.quod venditor.& ibi Bar.ff.de dolo.*

Quæstio CCCCXCII.

Emptor equi potest agere actione ex empto contra venditorem, ut sibi equus liber tradatur, quando est alteri obligatus. Et potest excipere contra eum de dolo, quando precium petit. *l.ex prædijs, & ibi, per docto.C.de evictioni.*

Quæstio CCCCXCIII.

Emens ne equum in subhastatione cum autoritate judicis, pro majori precio ultra dimidiam justi precij, dicatur læsus, & ideo agat. *l.*2.2.*C.de rescind. vendi.*? Respond. *Bal.in.d.l.*2.*& per.Bar.& Alb. in l. si quis cum aliter.ff.de verbo obligatio.*

Quæ-

Quæstio CCCCXCIV.

Emptor equi, debet intra ſexaginta dies equum emptum venditori refutare. aliàs non agit poſt, niſi aliud tempus fuerit à partibus præfixum. *l. quòd ſi nolit.* §. *ſi quis. ff. de edil. actio. Firma. in reperto. ver.* Emptor agit de evictione.

Quæſtio CCCCXCV.

Emptor poteſt ne petere contra venditorem equi, quòd dictus equus venditus, & alteri pignoratus, liberetur, etiam ſi non fuit facta denunciatio litis motæ. *glo. in. l. qui Romæ. C. de evi. Bal. in. l. ex conventione. in fi. C. de pac. Fir. fuſius. in repertorio. ver.* 44.

Quæſtio CCCCXCVI.

Emens equum: an credere teneatur proteſtanti ne emat? *glo. & Bal. in. l. ſi fundum. C. de rei vendica.*

Quæſtio CCCCXCVII.

Emens equum à pupillo, agens ad equum debet probare, quòd emit cum autoritate tutoris, aliàs ſuccumbit. *glo. xxxj. q. 2. Lotharius. & per Joan. And. in. c. circa. de elec. & Matthesilæ. num.* 13.

Quæſtio CCCCXCIIX.

Emptor agit ad intereſſe contra venditorem, qui non notificavit emptoris defectum empti equi, qui propter illud minus venderetur in futurum. *Bald. in. l. 2. C. de pericu. rei. vendi. & per Bart. in. l. quæro. ff. de actio. emp.*

Quæſtio CCCCXCIX.

Emens equum morboſum, vel vitioſum ignoranter, quomodo agat? *Specula. de renunc. & conclu. ver. ſunt, & ſeq.*

Quæſtio D.

Emptor equi, qui voluit implere contractum, poteſt ne conveniri, niſi purget moram intra modicū tempus, ut impleat, & arrham non perdat? Reſp. quòd ſic. *Bald. in l. 2. q. 7. C.* quando liceat ab emp. diſce.

Quæſtio DI.

Emptor equi, ſi non habet, quòd ſolvat, quid habet agere? Reſp. ſit cautus, ut excipiat contra venditorem, quod rem liberam non tradidit ex eo, quia eſt obligatus pro dote uxoris, vel alijs creditoribus, quia donec diſcutiatur, vel donec equus liber tradat, non teneatur ad precium. *Bal. in l. qui rem. & l. ex prædijs. C. de evictio.*

Quæstio DII.

Emptor accipiens equum, ut ostendat peritioribus, non tenetur de casu fortuito contingenti in eo. dum haberet alteri ostendere. *l. si gratuitam. ¶. si cum mihi vestimenta. de præscrip. ver. l. Apud Labeonem. ¶. fi. eo. titu. sed de dolo & culpa sic.*

Quæstio DIII.

Emptor accipiens equum experiendum intra certos dies, cum pacto, quòd nisi placuerit, pro singulis diebus solvat venditori certum quid dietim, si emptio est perfecta: an teneatur de periculo interim contingente in equo, & sic ad precium? Resp. quòd sic. si autem non est perfecta, tenetur tantum ad mercedem pro singulis diebus: casus est no. in l. apud *Labeonem. ¶. item apud Labeon. ff. de præscr. verb.*

Quæstio DIV.

Emptor an teneatur ad precium equi, licèt perempti apud venditorem? Resp. quòd sic. *l. si & ibi Bal. C. de pericu. & commo. rei vendi.*

Quæstio DV.

Emptor si cognoscat vitium in re empta: an possit ad precium conveniri? Resp. *gl. quòd non. Institu. de suspec. tuto. ¶. pen.*

Quæstio DVI.

Emens equum à procuratore mandatum habente ad vendendum, si solvit ei precium, an teneatur ad illud iterum? Resp. quòd non. sed liberatur. *Bar. in l. filiæ. ff. de solutio.*

Quæstio DVII.

Emptor equorum, quos latrones vendentes acceperunt ab hostibus: an teneatur restituere? Resp. quòd sic. *l. latrones. ff. de capti. Bal. in l. hostes. eo. tit.*

Quæstio DVIII.

Emens equum ab executore testamenti, confesso recepisse precium: an sit tutus à legatarijs? Respon. quòd sic. etiam, si eis executor non satisfecerit de precio. *Bar. in l. also. ff. de alimen. & ciba. legat.*

Quæstio DIX.

Emptor equi cogitur præcisè ne solvere precium venditori? Respond. quòd sic. *Bart. in l. 1. in princ. post gloss. ff. de actionib. empti.* quia cogitur facere precium venditoris, cum sit debitor precij in genere. *gl. & Bar. in l. ex empto. in prin. ff. de actio. emp.*

Quæ-

Quæstio DX.

Emens equum vitiosum, si postea certificatur de ejus vitio: an possit alteri vendere? Respond. quòd non, quia teneretur. *Paul. de Cast. in l. si te bonis. per glo. ibi. C. de jure delibe.* quod verum est, si tacuerit vitium, ut ibi.

Quæstio DXI.

Emptio equi vitiosi quanto minoris, qualiter procedat? Respon. *Joan. Bap. de S. Blasio. in tract. de actione & ejus natura.* ¶. *in rem. num.* 48. *Tom. xxj.*

Quæstio DXII.

Emptor & venditor equi, qualiter in precio, & valore se habere debent? Respond. *Joan. Nider. in tract. de contractibus mercatorum. c.* 11. *num.* 13.

Quæstio DXIII.

Emptori equi vitiosi facilius ne succurritur cum vitium est latens, quàm cum facile potest deprehendi? Respond. quòd sic. *d. m. Alcia. in tract. de eo, quod interest. num.* 89.

Quæstio DXIV.

Empti si sint plures equi uno precio: an una sit emptio, & unus contractus? Respond. quòd sic. *Fab. de Mon. in tract. de empt. & vendi. q.* 5. *prin. num.* 23. *Tomo* 8.

Quæstio DXV.

Vendens equum alicui, si dicat emptori, ego confido de te usque ad decem dies, & non ultra, an dominium revertatur ad ipsum vendentem post decem dies, sine retraditione equi, precio intra illud tempus non soluto? Respond. quòd sic. *Bertachi in tracta. de episcopis.* ¶. *superest. num.* 135. *tom.* 20.

Quæstio DXVI.

Vendere qui tenetur equum: an ad equum ostendendum emptori teneatur? Respond. quòd sic. *Fabia. de Monte. in tract. de emptio. & vendi. q. ij. sub. num.* 60. *tom.* 8.

Quæstio DXVII.

Vendere equum mihi promittens infra certum tempus: si alteri

vendat, contra quem agere possum? *Fabia.de Mon.in tract.de emp.& vendi.q.9.num.*18.

Quæstio DXVIII.

Vendere quis ne potest carius equum homini experto, quàm simplici? Respond.quòd sic.*Joan.Nid. in tract.de contra.Mercato.cap.*2.*n.*14.*tomo* 8. ubi etiam dicit: quod vendere carius quàm valeat res scienter, nunquam licet.*c.*3.*n.*4.Et quis vendere rem suam justo precio præsumitur.*Capola.de simulatione contractus. n.*139.*tom.* 9.

Quæstio DXIX.

Venditio equi facta, quòd nisi statim precium solvatur, equus sit inemptus: an si unus numus deficiat, valet venditio? Respond.quòd non.*Gigas. de pensio.q.*92.*nu.*11.*Tom.*4.

Quæstio DXX.

Emere equum promittens nomine alicujus, potest ne agere contra ementem, ut ipsum equum emptum ei tradat? Respond. quòd sic.actione mandati, si præcessit mandatum: aliàs negociorum gestorum, ex illa promissione.ut per *Soci.in consi.*228.*col.fi.versi.ex quibus.in* 2.*vol.per glo.* communiter approbatam.*in l. legitima.ff.de pact.*

Quæstio DXXI.

Venditio equi posita in alterius voluntate: an valeat? Respond. quòd non. Tamen si traditio intervenit, valet. *Fabia.de Monte.in tractat.de emptio.& vendi.num.*73.*fol.*39.*Tomo* 8.& an valeat. d.venditio ita facta, quando precium in alterius voluntatem remittitur? ibi. & an valeat venditio, & sit perfecta, si quis vendat equum pro justo precio, nullo apposito declaratore, vel apposito, sed mortuo? *ibi. num.*25.*fol.*37.

Quæstio DXXII.

Venditio equi in arbitrium ne tertij fieri potest? Respond. quòd sic. *Afflic.in tractat.de jure protho.in* ¶.*scriptum.sub n.*13.Nam contractus possunt conferri in arbitrio alieno magis latè, quàm ultimæ voluntates, ut tenet *glo.i.in fi.in l.*3.*ff.de testa.* & ideo clausula, quod instrumentum extendatur ad consilium sapientis, in contractibus operatur, ut sapiens addere illis possit.ut dicit *Benedictus de Vado Semproniano.in additio.ad reperto.Feli.in ver.clausula, quod instrumentum.*

num.

num. 3. allegat Feli. in c. ex literis. de fide instru. & potest imponere pœnam sapiens, in non observante. vide *Jo. Grassam. in sua formula mandati. in ver. ad consilium sapientis. & Docto. in l. ex ea parte. ff. de verbo. ob. & ibi maximè per Jas. vide etiam d. m. Cephal. in consi. 28. & consi. 88.* & *omnino atque omnino Neviza. in consi. 64. per totum.* ubi quid possit sapiens? & licèt non possit mutare substantiam contractus, potest tamen addere omnia, quæ bonus vir arbitraretur, etiam inusitata, ut dicit *Pax a Scala: in suo tract. de consilio Sapientis. tit. de contractibus. i. 3.* quòd non, contra quosdam Sciolos.

Quæstio DXXIII.

Venditio equi fuit facta duobus, nec apparet, cui primò traditus fuerit, cui præsumitur primò traditus? Respond. quod illi, qui precium numeravit *Guido pp. in tract. de præsumpt. sub nu. 26. Tom. 13.*

Quæstio DXXIV.

Venditio equi, an ante traditionem est perfecta? Respond. quòd non. *Neguſ. de Pigno. in 3. membro par. 2. sub nu. 73. tom. 8.* & ideo ab ea nudo consensu receditur? à venditione tamen parte invita recedere non licet, *Fabia. de Mon. in tract. de emptio. & vendi. q. 8. pen. tit. j.* etiam si sit minor, nulla subsistente, scilicet causa justa. ibidem. & quomodo libellus formetur, quando venditio rescindi petitur. *ib. n. 24. f. 50.*

Quæstio DXXV.

Venditor an possit retinere equum venditum pro uno nummo precij non soluti. *Corset. in tract. de minimis. in 2. part. sub nu. 6. to. 1.*

Quæstio DXXVI.

Venditor equi, an ipsum præcisè tradere tenetur? Respond. quòd sic, nec liberatur præstando interesse. *Grammarus in tract. de permutatione. num. 29. tom. 4.*

Quæstio DXXVII.

Venditor an possit aliqua cautela verborum uti, ut inducat emptorem ad emendum equum? Respond. quòd non. *Joan. Nider. in tract. de contractibus mercatorum. nu. 8. c. 3.* & si inducit emptorem ad emendum plus, dolo, quàm vendi debuisset, vel è converso peccatum committit. *ut in tract. de usuris. num. 64. tom. 9.*

Quæstio DXXIIX.

Venditor, si fuit condemnatus ad restituendum equum, tenetur restituere. sed an possit cogi manu militari? Respond. quòd sic. *Odofre. in tract. de* 1. *&* 2. *decre. num.* 25. *tom.* 16.

Quæstio DXXIX.

Venditio equi, pro quanto erimus in concordia, an valet? Respond. quòd sic. secuta concordia in precio: aliàs non, sed potest judex audiri, ut arbitraretur facta traditione equi. *Bal. in l. fi. in j. q. C. de contrahen. emptio.*

Quæstio DXXX.

Venditio equi collata in voluntate partis, quò ad precium, an valeat? Respond. quòd non. *l. in vendentis. C. de contrah. empt. & ibi plenè Bal. in* 1. *col. vers. primò quæro. l. quòd sæpe.* ¶. *j. Bar. & in l. si res. & in l. hæc venditio. ff. eo. tit.* sed secuta traditione, potest agi actione præscript. verb. ad precium, declarandùm, & declaratum solvendum. *Alexand. in l. j. ff. de contrah. emp. Bal. in c. j. de feu. da. in vec. leg. commiss. Alex. in l. si fundus.* ¶. *potest de pigno.*

Quæstio DXXXI.

Venditio equi an fieri potest, cum pacto, quòd dominium non transeat, nisi precio totaliter soluto, quo casu non est nova retraditio necessaria, precio non soluto. *Bal. in rub. C. de contrah. emp. q.* 13.

Quæstio DXXXII.

Venditio equi valet pro quanto precio emptor vendidit ne alteri? Respond. *Bal.* quòd sic. *in l. in ementis.* 3. *q. C. de contrah. emp.* & valet venditio etiam, si ubi, & quando confertur in arbitrio emptoris.

Quæstio DXXXIII.

Venditio equi, valet ne per verba: vis emere procem? volo. Respond. quòd sic: Item vendo, si vis emere? emo, si vis vendere. *Bal. in l. in ementis.* 5. *q. C. de contrah. emp.*

Quæstio DXXXIV.

Equus potest ne tradi vendendus alteri, certo precio pro quo, vel ejus precio, detur æstimatoria contra recipientem? Resp. quòd sic. *l. j. in prin. & ibi Bar. ff. de æst.*

Quæstio DXXXV.

Venditio, an valeat absque consensu ejus, ad quem equus sit rever-

versurus? Respond. quòd non. *l. in diem. ubi* Bart. *ff. de aqua. plu. arcen.*

Quæstio DXXXVI.

Venditionem equi quis impedit, ad quid teneatur? Resp. domino tenetur actione de dolo, vel in factum. l. rem quandam. *ubi & Bart. ff. de dolo.*

Quæstio DXXXVII.

Venditor equi, an præsumatur dominus? Respond. quòd non. nisi probetur. *Bal. in l. fin. C. de assertio. tollen. per illum text. in ver. venditor ostendat:* & *licet probare suum esse. l. j. & ibi Bal. de bon. mater. in j. col. per illum text. in ver. docere.*

Quæstio DXXXIIX.

Venditor equi, an præsumatur vendidisse juridicè? Respon. quòd sic: nisi probetur contrarium. *l. i. & ibi Bal. in i. no. C. de reb. non alienan.*

Quæstio DXL.

Venditor equi, licèt non teneatur redhibitoria, quia equus non sit vitiosus, si tamen equum recipit, quia emptor non sit contentus, tenetur ne de eo precium reddere? Resp. *Bal. in l. fi. C. de edili. actio. in 2. col. in prin. ver. sed pone. quòd res.*

Quæstio DXLI.

Venditor equi pœnitens, quomodo teneatur emptori? Respond. *glo. & Docto in l. i. in fi. ff. de actio. emp.*

Quæstio DXLII.

Venditor equi, præsumitur ne scire defectus, seu qualitates equi morbosi? Resp. quòd sic. *Corn. con. 80. lit. b. in 3. part.*

Quæstio DXLIII.

Venditor conventus redhibitoria pro equo vendito: tenetur ne ad precium, & ad id quod solvit pro gabella de contractu? Respond. quod sic. & si nolit restituere precium tenetur ad duplum, & dicitur nolle restituere: si se non præparat ad reddendum. *Bal. in l. fi. in 2. col. ver.* sed nunquid redhibitione facta, juncto versi. sed pone, lata est sententia. *C. de Ædili. actio. Ang. in l. debet. ff. de edili. edic.*

Quæstio DXLIV.

Venditor equi suspectus cogitur ne tradere, etiam sine precio? Respond. quòd sic. dum tamen precium deponatur. *Joan. de Prato. in l. si reus. in fi. ff. de procurato.*

Quæ-

Quæstio DXLV.

Equus si cadit in foveam per aliquem factam, quid juris? Respond. prout no. *in c. ij. de injurijs, & damno dato. Cæpola in tit. de servi. urba. prædio. c. 47. vide omnino, si lubet.*

Quæstio DXLVI.

Equa, si sit data in socidam per quinquennium, si pereat, quomodo emendetur? Resp. *Bertachi. in ver. animal. versi.* 11.

Quæstio DXLVII.

Equus in damno repertus per officialem, vel saltuarium retentum, vel pro pignore captum, si pereat, debet per officialem, vel saltuarium emendari ne? Respond. quòd sic. *l. quemadmodum. ¶. magistratus. ff. ad l. aquil. Bertachi. in ver. animal. in damno.*

Quæstio DXLIIX.

Equus alienus fuit à lupo raptus: an debet domino restitui? Respond. quòd sic. *l. Pomponius in fi. ff. fami. hercis. Cæpo. in tract. de servi. rustico. prædio. C. de aucup. & in l. columbas: ad fi. fami. herciscun.*

Quæstio DXLIX.

Equus si immittatur in segetes alienas, quomodo agatur contra immittentem? Respond. *Spec. de offi. judi. ¶. j. versic. item imploratur, & in tit. de cau. poss. ¶. 4. ver. sed & si circa fi.* & si reperiatur in damno dando in fundo alieno invocentur testes, & fiat, prout in *l. quintus: ff. ad l. aquil.*

Quæstio DL.

Si culpâ rustici sit amissa equa, qui eam habebat in custodiam, vel fures abstulerunt, aut lupus comedit: an debeat emendare damnum domino? Respond. quòd sic. si capitale erat salvum domino; aliàs secus. *Ambr. de Vigna. in tract. de usur. num. 179. tomo 9.* & si rusticus erat laborator & colonus, quia dominus & colonus sunt Soci. *l. cum duobus. ¶. si in cohaeunda. ff. pro socio.* qui textus non reperitur alibi secundum *Petr. de Ubal. in tract. de duobus fratribus in 6. par. q. 13. num. 14.* ideo non tenetur, nisi in quantum facere potest, & postquam equus est amissus, & à lupo editus, frustra quid de eo amplius loqui tentare valeo.

FINIS.

INDEX
IN TRACTAT. DE EQUO. BONACOSSÆ.

Em-

Gabel-

Lega-

N.

O.

Occi-

Possi-

S.

Sub-

Ve-

